

EXPOSITIO

PASSIONIS DOMINI

EX CONTEXTV QVATVOR EVANGELIS.
TARVM, VSQVE AD COMPREHENSVM
CHRISTVM: AVTHORE THOMA MOKO,

Dum in arce Londonensi in carcere agebat:

Nunc primum in lucem
edita.

DE TRISTITIA, TAEDIO,
PAVORE, ORATIONE CHRISTI
ante captionem eius, Matthæi 26.

Marci 14. Lucæ 22, Io-
annis 18.

*Hec quum dixisset Iesus, hymno dicto,
exierunt in montem Oliuett.*

Mat. 12.

surgebam ad confitendum tibi. At Christus
nec se reclinavit in lectum. Sed nos utinam
vel illud vere possemus dicere: Memor fui
tui super stratum meum. Nec erat æstas iam,
quum Christus à cœna transiret in montem.
Erat enim non ita multo post æquinoctium
vernun, & frigidam fuisse noctem vel ex eo
liqueat, quod ministri se calefaciebant ad pru-
nas in atrio Pontificis. Sed quod nō istud tum
primum fecit: apertè testatur Euangelista,
quum dicit:

Secundum consuetudinem.

IN montem ascendit, vt oraret, signifi-
cans subleuandos animos à tumultu rerum
humanarum in contemplationem cælestium,
quum nos ad orandum componimus. Sed nec
mysterio caret Oliueti mons consitus videli-
cet oliuus. Erat enim in vsu publico ramus oli-
uæ, symbolum pacis, quam Christus venerat
inter hominem, Deumque diu iam dissiden-
tes compositurus. Quip & oleum, oliuæ fru-
etus, Spiritusunctionem designat, quæ Chri-
stus venit, vt ad Patrem reuersus mitteret in
discipulos: vt quæ nondum portare poterant,
si audirent, paulò post unctione doceret.

*Trans torrentem Cedron in villam, cui nomen
Gesemani.*

Torrens Cedron Hierusalem urbem, &
montem Oliuarum interiacet: significatque
Cedri vocabulum, Hebraica lingua, tristitiam.
Gesemani nomen, Hebreis sonat vallem pin-
guissimam, seu vallem Oliuetti. Non est igitur
quod putemus temere factū, vt horū locorū
ista nomina tā diligēter cōmemorarint Eu-
angelista. Alioqui enim quum eum narrarent in
montem Oliuetti progressum, abundē satis
dixisse putassent: nisi mysteria quædam sub-
istis locorum nominibus obuelasset Deus, ad
quæ, commemoratione nominum studiosis
hominibus occasio præstaretur auxilio Spir-
itus eruenda. Etenim quum nulla syllaba cre-
di possit ociosa in ea scriptura, quam scriben-
tibus Apostolis sacer dictauit Spiritus, neque Mat. 10.
passer cadat super terram sine Deo: ego nec
Euangelistas ea nomina commemorasse for-

V iiii tuito,



Marc. 14 non inania tantum & ociosa (de quibus tamen ipsis reddēdam rationē Christus admonuit) sed & perniciosa multa cōfabulamur in mensa, & cibo tandem, potuque distēti, nullis actis gratijs conuiuiorum nostrorū largitori Deo, immemores & ingrati discedimus.

Burgensis vir eruditus, & pius, & sacrarum rerum in dagator egregius, idoneis conjecturis autumat, hymnum, quem tum Christus dixit cū Apostolis, fuisse sex illos Psalmos, quos simul iunctos, Hebræi nominant, Magnum Alleluia, nempe Psalmum illum 112. cum quinque deinceps sequentibus. Nam & illos sex Psalmos, sub nomine Magni Alleluia, solent Hebræi ex antiquissima cōsuetudine pro gratijs agendis in Paschate, & alijs quibusdam præcipuis festis orare, & eundem hymnum in eisdem festis etiamnum percensent. At nos, quum dicere soliti simus in agendis gratijs, & benedicenda mēta diuersis temporibus hymnos diuersos, eosque tempori quemq; suo accomodos: nunc vniuersos fermè permisimus exolescere, & tribus verbis qualibuscūq; contenti, eisdemq; perfunctorie mussitatis & oscitanter abimus.

Exierunt in montem Oliuetti.

Non in lectum. Proheta ait: Media nocte

E X P O S I T I O

tuito, nec Hebreos locis illis indidisse (quicquid ipsi, quum sic appellabant, sequebantur) absque arcano, licet ipsis incognito, spiritus sancti consilio, qui sub nominibus illis recondidit eruendum aliquando sacrorum mysteriorum depositum. Nam quum Cedron tristitiam designet, ac præterea nigredinem, siq; idem vocabulum, nomen non torrentis solum, quod commemorant Euangelistæ, sed etiæ, quod satis conflat, vallis, quam torrens perlabitur, & quæ urbem ac Gesemani villam interierat: hæc nomina nobis (nisi somnolentia præpediat) reuocant in memoriam, quod dum sumus in hoc corpore, ut ait Apostolus, peregrinamur à Domino: planè pertransendus est nobis, priusquam perueniamus in montem Oliueti fructiferum, & in amœnâ villam Gesemani, villam nō aspergunt tristem & squallidam, sed omni iucunditate pinguisimam: pertransendus est (inquam) nobis prius vallis ac torrens Cedron, vallis lachrymarum & torrens tristitiae, quæ sua inundatione possint peccatorum nostrorum nigredinem & fôrdes abluere. Quod si doloris & tristitiae pertæsi, hanc laboris & pœnitentia locum, terrâ præpostere nobis conemur in quietem, latitudinem, cœlumque conuertere, perpetuo à vera fœlicitate nos secludentes, in pœnitentiam seram & inutilem, necnon intolerandas & interminandas crûnas immersimus. Et huius quidem rei perquam salutaris hæc tam apposita locorum nomina nos admonent. Sed ut sunt sacrorum verba voluminu non ad unum alligata sensu, sed pluribus fœcunda myste-rijs, eadem locorum vocabula tam concinne quadrant ad præsentem Christi passionis historiam, tanquam in id unum æterna Dei prouidentia curarit ea loca quondam talibus insignienda nominibus, quæ aliquot postea seculis cū Christi facto collata, præordinatos se acerbissimæ passionis eius testes indicarent. Nam quum Cedron significet denigratum, an non illud propheticum referre videtur, quod de Christo in gloriam suam per ignominiosum tendente supplicium, liuore, cruore, sputis, iliuu deformato prædictum est? Non est species ei neque decor? Porro quām non ocioso torrens quem transiuit, significat tristem, ipse tristatus est quum diceret: Tristis est anima mea usque ad mortem.

Matt. 16

Secuti sunt autem eum et discipuli eius.

Ioan. 13. Vndeum videlicet, qui remâserant, sequebantur. Nam duodecimus, quæ Diabolus post buccellam ingressus euexit foras, qui magistrum nō sequebatur ut discipulus, persequebatur ut traditor, & nimium vere locum fecit illi verbo Christi: Qui non est mecum, contra me est. Erat enim vere contra Christum, cui tum maxime moliebatur insidias, quæ reliqui discipuli seuererant ad comprecandum. Sequamur nos Christum, & Patrem, prece-

mur cum illo. Non æmulemur Iudam, vt digrediamur à Christo, pasti beneficijs eius, & laute cœnati cum eo, ne in nos cōpetat illud Propheticum: Si videbas furē, currebas cum Psal. 49. eo, & cum adulteris portionē tuam ponebas.

Sciebat & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter conuenerat Iesus illuc cū discipulis.

Iterum nobis ex occasione traditoris inculcant Euangelistæ, & inculcando cōnendant, illam Christi sanctam consuetudinem cum discipulis suis in illum locum, precandi causa, commigrandi. Nam si duntaxat interdum, ac non frequenter, noctu conuenisset illuc, non habuisset proditor pro tam certo & explorato, Dominum ibi se inuenturum, vt eo ministros Pontificis, & Romanorum cohortem, velut ad rem paratam perduceret: quam si imparatam reperissent, ludibrio se habitos ab eo credidissent, nec abire paterentur impune.

Vbi nunc sunt isti, qui sibi videntur viri, & quasi magnum aliquid fecerint, gloriantur secum, si quando in præcipuis vigilijs, aut noctu paulò prolixius peruigilient in precando, aut mane surgant ad orandum tempestivius? Servator noster Christus habuit in cōsuetudine, noctes totas insomnes in oratione traducere.

Vbi sunt, qui cum quod Publicanorū coniuia non detrectabat, nec hominū peccatorū aspernabatur officia, voracem vocabant & bibacem vini, & (præt erat rigidum Pharisæorum institutum) vix vulgaris illū virtutis hominem duebant? At dum hypocritæ tristes, vt viderentur ab hominibus, in platearū præcabantur angulo: ille placidus & benignus, peccatores ad vitæ frugē cōuertebat in prædio. Idem rufus in præcibus solebat pernoctare sub dio, dum Pharisæus hypocrita mollisterebat in lecto. Utinam, quos pigritia sic tenet constrictos, vt imitari tam præclarū Servatoris exemplum non sinat, velimus saltem quum nos in strato vertimus in alterum latus iamiam dormituri, has Christi peruigiliias in animum reuocare, & vel breuiter, donec reheat somnus, ei gratias agere, & nostram dampnare legniciem, & augmentum gratiæ precari. Ceterè si vel tantillum facere velimus insuercere: Facite mihi persuadeo, magnum bonæ frugis incrementum breui daturum Deum.

Et dixit: sedete hic donec vadi illuc, & oream. Et coassumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari & mæsus esse, & pauere, & tñdere. Tunc ait illis: Fristis est anima mea usque ad mortem. Sustinetis hic & vigilate mecum.

Reliquos octo iubés inferias aliquâto subsistere, Petrum, Ioannem, fratremque eius Jacobum secum prouexit longius, vt quos præcipuo quodam familiaritatis priuilegio ceteris semper Apostolis antetulerat, quod etiam si nulla alia ratione fecisset, quām quod ita voluit, nullus oculis nequam debebat esse, quia ipse bo-

Matt. 17 ipse bonus erat. Sed inerat tamē & cause, quas videri potest respexisse. Nam Petrus fidei zelo, Ioānes virginitate præcelluit, Iacobus verò fater eius omnium primus erat pro Christi nomine martyrum subiturus. Quin & hos tres iampridem glorificati corporis sui conscientes & spectatores admiserat. Par erat igitur, ut quos ad tam insigne spectaculū asciuerat, & æternæ claritatis temporanea luce recreauerat, eos potissimum, quos robustiores esse conueniebat, proximos assecas sibi ad præsum passionis agonem collocaret. Cæterum aliquantum spatij progressus, tristitiam, molestiam, pauorem ac tedium tam acriter euestigio, ac tā acerbe in se sensit irruere: vt protinus apud eos anxiā illam vocem, oppressi pectoris indicem, ediderit.

Tristis est anima mea usq; ad mortem.

Etenim moles immensa molestiarum tenuerunt, piumq; sanctissimi Seruatoris corpus infedit. Imminere iamiam, & tantum nō adesse sensit infidum traditorē, infensos hostes, vincula, calumnias, blasphemias, verbera, spinas, clavos, crucem, & dira per horas multas continuata supplicia. Super hæc angebat eū discipulorum terror, perditio Iudeorum. quin ipsius quoque perfidi proditoris interitus, indubibilis deniq; dilectæ genitricis dolor. Hæc malorum omnium cunctim ingruens tempestas cor eius pientissimum, velut ruptis aggeribus Oceanus, inundabat. Miretur aliquis fortasse, qui fieri queat, ut seruator noster Christus, quum vere Deus esset, æqualis omnipotenti Patri, tristari, dolere, & molestus esse potuerit. Non potuissest profecto, si quemadmodum Deus erat, ita duntaxat Deus fuisset, ac nō pariter homo. Nunc verò, quum non minus verus homo fuerit, quām fuit verus Deus: ego nihilo magis mirandum puto, quod vulgatos humani generis affectus (qui quidē culpa creant) habuerit, quā homo erat: quām quod quā Deus erat, ediderit immensa miracula. Nā si miremur Christum pauorem concipere, tedium & molestiadinem videlicet quum esset Deus: quid ni miremur itidem esurisse, sitiisse, dormisse? Siquidem & ista quum faceret, nihilominus Deus erat.

Matt. 10: Sed hic fortassis obijcas: Desino mirari quod potuit, at non mirari nequeo, quod voluit. Nam qui conuenire potest, vt qui discipulos docuit, eos non timere, qui tantum corporis possunt occidere, & post hoc non habent ultra quod faciant: eosdem nunc pertimescat ipse, idq; quum nec in corpus eius possint quidquam, nisi quatenus ipse permitteret? Ad hæc quum eius Martyres properasse constet alares & exultantes, & tyrānis ac tortoribus insultantes ad mortem: quo modo nō videatur indecorum, ad imminētem pœnam expuescere, tristari tam vehementer & concuti Christum ipsum, nempe martyrum omnium

Antesignanum & ducem? At non, qui omnia prius facere coepit, quām docere, hac in re. **Avt. 1.** præcipue præire debebat exēplo, vt mortem alacriter ob veritatem discerentalij, ipso docente, subire: ne qui cunctāter, & timide mortem pro fide paterentur postea, eo suæ cordiæ blandirentur, quod le putarent authorem Christum sequi. Quod tamen quum facerent, & de causæ gloria plurimum detraherent, & aliorum animos sui timoris & tristitiae conspectu deiicerent.

Hæc atque huiusmodi alia qui obijciunt, neque satis in omnes causæ huius sinus intendunt oculos, neque Christi consiliū, quo suos vetuit mortem metuere, satis animaduertunt. Etenim haud illud voluit, vt nullo pacto prorsus horrerent necem: sed ne sic horreret, & fugerent temporaneam, vt abnegando fidem current in æternam. Fortes etenim & prudentes suos volebat milites esse, non stupidos & amētes. Fortis est pati, quod molestum est, stupidi non sentire, quod ferat. Amentis est non timere vulnera, Prudentis verò, nullo pœnarum metu ab instituto sancto deduci, & detrectando mitiores in multo semet acerbiores immergere. Medicus, quum secundus est locus qui laborat, aut inurendus cauterio: hortatur ægrotum, vt ferat, non vt sectionis aut vñctionis pœnam nullo animi horrore presentiat. Fateretur esse dolorem, sed salutis voluptate, & atrociorum dolorū vitatione pœnandum. Quin Seruator noster Christus, et si (quum vitari non potest) mortem potius iubet tolerari, quām vt eius metu desescamus ab ipso (desciscimus autem, si coram mundo fidem eius abnegamus) tantum tamen abest, vt iubeat eam vim nos naturę facere, ne mortem quicquam metuamus: vt etiam, vbi citra dispendium causæ datur facultas, indulget fugiendi supplicij libertatem. Si persecuti vos (inquit) fuerint in vna ciuitate, fugite in aliā. Hac indulgentia, & cauto prudentis magistri consilio, nullus Apostolorum ferè, nullus ferè tot postea seculis illusterrimorum martyrum non aliquando seruauit vitam, & in temporis, quod occulta Dei prouidētia magis prouidit idoneum, cum sua & aliorum numerosa fruge produxit. Contra tamen interdum fortis Athletæ fecerunt, vt vltro se Christianos proderent, quum nemo quereret, vltro se offerret ad moriē, quū nemo posceret. Sic Deo placuit in gloriā suam fidei suæ diuitias nunc occultando, callidos insidiatores fallere, nunc ostentando, crudeles persecutores incendere, dum sua se spe frustratos cernerent, & offentes se in mortem martyres indignarentur, nulla se scutitia posse superare. At istud fortitudinis tam arduum, & acclivis fastigium misericors Deus nos non iubet scandere, eoq; nec tutū temere puto, cuius eō prorumpere, vnde se referre pedetentim non potest, sed si penetrare nō sufficit in cacumen, in periculo sit, ne

Matt. 10.

Matt. 10.

THOMAS MORUS

fit, ne præceps rotetur in barathrum. Quos in id vocat Deus, intendat prospere, procedant: & regnabunt. Ille tempora, momenta, causas omnium rerū habet abstrusas, & quando conuenit, ex arcario sapientiae suæ cuncta deponit armario, quæ penetrat omnia fortiter, & disponit omnia suauiter. Quisquis igitur in eam conditionem deductus est, vt aut sustinendum ei supplicium sit, aut denegandus Deus: hic se nō dubitet in has angustias Deo volente deductum. Habet ergo magnam bene sperandi materiam. Nam aut inde rursus eum eximet, aut aderit pugnanti, & faciet vincere, vt victorē coronet. Fidelis est enim deus

1. Cor. 10.

(inquit Apostolus) qui non patietur vos tentari, supra id quod potestis, sed faciet etiā cum tentatione prouentum, vt positis sustinere. Ergo ubi sic ad manus ventum est, vt cū principe huius mundi, Diabolo, & diris eius latellibus cominus certandum sit, nec absq; cause dedecore detractioni locus relictus est: tum abiiciendum ego metū censem, hominemq; iubeam in spe & fiducia totum conquiescere.

Prou. 24.

Nam qui diffidit (inquit scriptura) in die tribulationis fortitudo eius minorabitur. Cæterum ante congressum non est improbadus timor, modo timori non desinat reluctari ratio, ea pugna non crimen est aut culpa, sed ingens merēdi materia. Nam tu sanctissimos illos martyres, quia sanguinem pro fide fuderunt, nunquam ne mortem putas & supplicia timuisse? Non immorabor huic parti recēsendo catalogū, vnum mihi Paulus instar milium fuerit. Imo si Daud pro decem milibus erat aduersus Philisteos, & Paulus haud dubie pro decem milibus haberet potest in pugna pro fide contra persecutores infidos. Hic igitur fortissimus athletarum Paulus, quem eo vsque spes & amor Christi prouexerat, vt de coelesti premio nō dubitarit, qui dixit: Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidē seruauui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, cuius desiderio sic flagravit, vt diceret: Mihi vivere Christus est, & mori lucru. Et: Cupio dissoluui, & esse cum Christo: Hic tamen idē Paulus

2. Tim. 4.

& arte procurauit, vt per Tribunum eriperetur ab insidijs Iudeorum, & de carcere se, Romanum ciue se profitēdo, liberavit, & Iudeorum crudelitati ite. a. semet, Cæsarem appellando, subduxit, & Regis Aretæ manus sacrilegas in sporta per murum dimissus effugit. Quod si quis eum contendat fidei sua opera seminandam postea frugem spectassem, & nullo inter ista mortis metu fuisse perterritū: ego certe vt alterum libens fateor, ita alterum nō ausim dicere. Nā fortissimū illud Apostoli pectus admisisse timorem manifestat ipse; quū ita scribit Corinthijs: Nam & quum venissimus Macedoniā, nullā requiē habuit caro nostra: sed omnē tribulationē passi sumus, foris pugnæ, intus timores. Et alibi scribit eisdem:

Phil. 1.

A. 21. 22. & arte procurauit, vt per Tribunum eriperetur ab insidijs Iudeorum, & de carcere se, Romanum ciue se profitēdo, liberavit, & Iudeorum crudelitati ite. a. semet, Cæsarem appellando, subduxit, & Regis Aretæ manus sacrilegas in sporta per murum dimissus effugit. Quod si quis eum contendat fidei sua opera seminandam postea frugem spectassem, & nullo inter ista mortis metu fuisse perterritū: ego certe vt alterum libens fateor, ita alterum nō ausim dicere. Nā fortissimū illud Apostoli pectus admisisse timorem manifestat ipse; quū

A. 23.

A. 24. & arte procurauit, vt per Tribunum eriperetur ab insidijs Iudeorum, & de carcere se, Romanum ciue se profitēdo, liberavit, & Iudeorum crudelitati ite. a. semet, Cæsarem appellando, subduxit, & Regis Aretæ manus sacrilegas in sporta per murum dimissus effugit. Quod si quis eum contendat fidei sua opera seminandam postea frugem spectassem, & nullo inter ista mortis metu fuisse perterritū: ego certe vt alterum libens fateor, ita alterum nō ausim dicere. Nā fortissimū illud Apostoli pectus admisisse timorem manifestat ipse; quū

A. 25.

A. 26. & arte procurauit, vt per Tribunum eriperetur ab insidijs Iudeorum, & de carcere se, Romanum ciue se profitēdo, liberavit, & Iudeorum crudelitati ite. a. semet, Cæsarem appellando, subduxit, & Regis Aretæ manus sacrilegas in sporta per murum dimissus effugit. Quod si quis eum contendat fidei sua opera seminandam postea frugem spectassem, & nullo inter ista mortis metu fuisse perterritū: ego certe vt alterum libens fateor, ita alterum nō ausim dicere. Nā fortissimū illud Apostoli pectus admisisse timorem manifestat ipse; quū

A. 27.

A. 28. & arte procurauit, vt per Tribunum eriperetur ab insidijs Iudeorum, & de carcere se, Romanum ciue se profitēdo, liberavit, & Iudeorum crudelitati ite. a. semet, Cæsarem appellando, subduxit, & Regis Aretæ manus sacrilegas in sporta per murum dimissus effugit. Quod si quis eum contendat fidei sua opera seminandam postea frugem spectassem, & nullo inter ista mortis metu fuisse perterritū: ego certe vt alterum libens fateor, ita alterum nō ausim dicere. Nā fortissimū illud Apostoli pectus admisisse timorem manifestat ipse; quū

A. 29.

A. 30. & arte procurauit, vt per Tribunum eriperetur ab insidijs Iudeorum, & de carcere se, Romanum ciue se profitēdo, liberavit, & Iudeorum crudelitati ite. a. semet, Cæsarem appellando, subduxit, & Regis Aretæ manus sacrilegas in sporta per murum dimissus effugit. Quod si quis eum contendat fidei sua opera seminandam postea frugem spectassem, & nullo inter ista mortis metu fuisse perterritū: ego certe vt alterum libens fateor, ita alterum nō ausim dicere. Nā fortissimū illud Apostoli pectus admisisse timorem manifestat ipse; quū

to fui apud vos. Et adhuc rursus: Non enim **2. Cor. 1.**

volumus vos ignorare fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam grauatis sumus supra virtutē, ita vt tæderet nos etiam viuere. An nō audis hic ex ipsius ore Pauli ti-

morem suum, tremorem & supra mortem importabile tædium, sic vt istius agonis in Chri-

sto velut effigie quandā referre ac representa-

re videatur. I nūc, & nega sanctos Christi mar-

tyres ad terrorē mortis expausisse. Sed idē ta-

men ipse Paulus nulla terroris mole potuit ab in instituto promouēdæ fidei detineri, nec ullo discipulorū consilio permotus est, quo minus Hierosolymā (quo se sensit diuino vocari spi-

ritu) pergeret, quū cū illic & vincula & certa manere pericula Agabus propheta prædice-

ret. Metus igitur mortis & tormentorū culpæ nihil habet, sed pœnæ: quā Christus vt ferret,

venit, non vt fugeret. Nec ignauie statim cen-

sēdū est, timere atq; horrere tormenta, sed nec vbi fas est prudēter vitare pericula: sed metu

cruciatus ac mortis fugere, quū res poscat cō-

gregi, aut abiecta spe victorie semet hosti tra-

dere: id demū ex militari disciplina capitale fla-

gitū est. Alioqui verò quantūvis pectus mili-

tis agitat & concutiat timor, si nihilominus, quū iubet dux, prodit, procedit, pugnat & pro-

sternit hostē: non est quod metuat, ne metus ille præiuīs quicq; ei minuat de præmio, imo

ad eo plus etiā laudis obtainere debet: qui simul & hostē & suū superauit metū, qui saepē diffi-

cilius, q̄ hostis ipse vincitur. Etenim Seruator noster Christus, q̄ non abstinuit cū tristitia, ti-

mor, & tædiū, quo minus parēret imperio Patris, & omnia perficer fortiter, que salubriter

& sapiēter timuerat: paulo post res indicauit.

Interim verò nō vna causa fuit, cur timere, tri-

stari, tædiū pati, & mœstus esse voluerit. Vo-

luerit, inq; non coactus sit, quis enim Deū po-

tuisset cogere? Quin ipsius potius admirabilis dispēlatione cōtigit, quod eius Deitas tātisper in humanitatē sic téperauit influxum: vt hos

humanę fragilitatis affectus admittere tā acriter, & subire posset. Sed istud (vt cōpē dicere)

Christi miranda bonitas multis de causis vo-

luit. Primū vt hoc faceret, propter quod venit in mūdū. Venit enim, vt testimoniu perhibet

veritati. Etenim quum & vere homo esset, & vere Deus, fuere tamen, qui humanę in eo

naturę veritatē spectat̄, famē, sitiū, somnū, laſitudinem, atq; id genus alia, Deū verū non

esse falso sibi persuaserat, non ex illis tunc Iudeis & Gentibus, qui eum auersabātur: sed ex his ipsis longe postea, qui nomen eius & fidem professi sunt, nēpe Arrius, & eius scđā sequētes heretici, qui consubstantiale Patri Christum negantes ad annos multos magnas in Ecclesiam turbas inuixerat. Sed aduersus hu-

iūmodi pestes antidotum fortissimā, immensam miraculorum molem opposuit.

Cæterum ex altera parte rursus exortū est,

velut ereptis ē Scylla, parā Charybdi peri-

culum.

eulum. Non enim deerant, qui usque adeo in signorū & virtutū eius gloriā intēderūt oculos: ut immenso illo splendore præstricti, atq; hallucinati vere illum hominē esse perperam pernagarent. Sed & hi quoq; ab autore factā facientes Ecclesia Catholica sanctā unitatem non cessabant factiose & flagitiose discindere. Quorū insana persuasio, nec minus perniciosa quam falsa, tortū (quoad in ipsis est) eneruare, atque euertere molitur redēptionis humanæ mylterium: vt quæ mortem & passionē Seruatoris (vnde velut à fonte, salutis nostræ fluīmen emanauit) absindere prorsus & exiccare conetur. Ut huic igitur morbo tam mortifero mederetur, voluit optimus & pientissimus medicus verū hominē sese mœltitia, paurore, tædio, & timore cruciatuum, verissimis humanæ infirmitatis indicijs ostendere.

Adhæc, quoniam in mundum venit, vt suo dolore nobis proffereretur gaudium, sicuti gaudium illud nostrum & in anima simul & corpore fuit consummandum: ita non in corpore tantum supplicij cruciarum, sed in animo tristitiae, timoris & tædij sensum acerbissimum voluit experiri, simul vt nos tanto sibi magis deuinciret, quanto pro nobis amplius patetur, simul vt nos admoniceret, quām non esset fas, aut ipsius causa nos recusare dolorem, qui tam numerosum & tam immensum vltro tulit pro nobis, aut peccatis nostris debitam iniquo animo pœnam tolerare, quum ipsum sanctum Seruatorem nostrū, tum corpore, tum animo videamus tam multa, tam amara tormentorum genera nullo suo delicto committera, sed ob nostra tātum abolenda scelera, sua nimurum sponte pertulisse. Postremo quando nihil æternam eius præscientiam latuit, varias in Ecclesia, corpore suo mystico, varias (in q̄) membrorum suorum fore conditiones præuidit. Et quāquam ad tolerandum martyrium natura nihil potest absque gratia, quum (vt inquit Apostolus) nemo dicere possit dominus Iesus nisi in Spiritu sancto: ita tamen hominibus gratiam impertitur Deus, vt naturæ functiones interim, & officia non auferat, sed vel subseruire sinit ingrediēti gratiæ, quo bonum opus maiore cum facilitate proueniat, vel si sic affecta sit, vt obluctetur, victa tamen & subiugata per gratiā, ex difficultate faciēdi facti commendet meritum. Quum ergo præuideret multis futuros tales, qui teneriore corporiculo vehemētius forent ad omne tormenti periculum exhorrituri: ne hi meticuloſam mētem suam cum fortissimorum martyrum conferentes audacia conciderent animo, & timentes ne vi vincerentur, sua se spōte derendent, sui doloris, sui tristitiae, sui tædij & incomparandi pauoris exēplo Christus animos eorum voluit subleuare, & ei qui futurus eset eiusmodi, tanquā facti sui viuacissima voce dicere: Confortare pusillanimis & noli despērare. Times, tristaris, tædio & paurore concu-

teris crudelitate intentati supplicij: Confide, Ioan. 16. ego vici mundum, qui plus supra modum timui, plus tristatus sum, plus affectus tædio, plus ad contutū appetentis tam diræ passio- nis inhorruī. Habeat fortis, quos imitari se gaū deat magnanimos martyres mille. Tu timidula & imbecillis ouicula vno me contenta pa- store, me ducē sequere, de te diffidens, in me spera. En, ego te in via ista tam formidolosa præcedo. Meæ vestis simbriā apprehende, in- de virtutē exire senties, quæ hunc animi tui in Marcij. metus vanos effluentem sanguinē s̄istet salu- briter, & animū reddet alacriōe, quippe quā recordaberis, quod meis inhæres vestigij, qui fideliſ sum, & te tentari nō patiar, vltra quām potes ferre: sed faciā etiā cum tentatione pro- uentum, vt possis sustinere, simul quod leue Cor. 10 hoc & momentaneū tribulationis immensum in te gloriæ pondus operabitur. Neque enim Rom. 9. condignæ sunt passiones huius tēporis ad fu- turam gloriā quæ reuelabitur in te. T alia tecū cogitans confortare, ac formidinis istius, tri- stitiae pauoris & tædij inania tenebrarū spe- ctra crucis meæ signo dispelle, progredere prospere & aduersa cuncta peruade, confidēs Cor. 4. fideliter, quod me propugnatore vices, & vi- ctorie lauro, me remuneratore, coronaberis.

Inter alias igitur causas, cur hos affectus infirmitatis humanæ Seruator noster indu- dignatus est, hæcerat vna & non indigna, dixi: quod videlicet infirmis infirmus fac infirmos alios sua infirmitate curaret, quorū tam internam curam habuit, vt totum istud agonie eius negotium non aliud quidquam evidentius pre se ferre videatur, quām rapiendo in martyrium militi meticuloſo trāditā pu- gnandi methodum, ac sese in conflictu gerendi disciplinam. Nam vt doceret eum, cui me- tus inigruit impendēti periculi, & vigiles alio- rū preces petere, & tamē seorsim soli se Deo credere, simulque vt se significaret acerbum crucis torcular solū sine comite calcarū: illos iplos tres Apostolos, quos secum ab reli- Esa 63. quis octo ad montis pene pedem produxerat, subsistere iubens ibidem, sustinereq; ac vigilare secum, ipse quātum lapidis iactus est, semet auulſit ab eis.

Et progressus pusillum procidit in faciem suam super terram & orabat, vt si fieri posset, transiret ab eo hora. Et dixit: Abba, Pater, omnia possibilia sunt tibi. Transfer hunc calicem à me: sed non quod ego volo, sed quod tu. M̄ Pater, si possibile est, tran- seat à me calix iste, veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

Primum omnī ab humilitate, quæ virtutum omnium quasi quādam basis est, vnde tuto ad altiora condesciditur, militē suum suo docet exemplo Christus Imperator incipere: qui quum æqualis, & idem Deo Patri Deus phil. 2. sit, quia tamen pariter & homo est, corā Pa- tre Deo hominē se suppliciter pronū proster- nit in

Gal. 5. 12.
Cor. 5.

membrorum suorum fore conditiones præuidit. Et quāquam ad tolerandum martyrium natura nihil potest absque gratia, quum (vt inquit Apostolus) nemo dicere possit dominus Iesus nisi in Spiritu sancto: ita tamen hominibus gratiam impertitur Deus, vt naturæ functiones interim, & officia non auferat, sed vel subseruire sinit ingrediēti gratiæ, quo bonum opus maiore cum facilitate proueniat, vel si sic affecta sit, vt obluctetur, victa tamen & subiugata per gratiā, ex difficultate faciēdi facti commendet meritum. Quum ergo præuideret multis futuros tales, qui teneriore corporiculo vehemētius forent ad omne tormenti periculum exhorrituri: ne hi meticuloſam mētem suam cum fortissimorum martyrum conferentes audacia conciderent animo, & timentes ne vi vincerentur, sua se spōte derendent, sui doloris, sui tristitiae, sui tædij & incomparandi pauoris exēplo Christus animos eorum voluit subleuare, & ei qui futurus eset eiusmodi, tanquā facti sui viuacissima voce dicere: Confortare pusillanimis & noli despērare. Times, tristaris, tædio & paurore concu-

Matt. 26.

E X P O S I T I O

nit in terram. Hoc in loco lector paululum si-
stamus gradum, & Imperatorem nostrum ja-
centem in terra supplicem pia mente contem-
plemur. Nam si id sedulo fecerimus, ab illa lu-
ce, quæ omnem hominem venientem in hunc
mundum illuminat, animos nostros radius il-
lustrabit, vt videamus, agnoscamus, doleamus
& corrigamus aliquando nostram hanc, non
dico, negligentiam, pigritiam, torporem; sed
socordiam, vesaniam, & stipite quo quis stupi-
diorem stuporem, quo Deum omnipotentem
adeuntes non tam precamur plerique reue-
renter, quam legniter & somnolenti compel-
lamus, eoque valde vereor, ne non tam place-
mus & reddamus propitium, quam irritemus,
& acriter instigemus ad iram.

Vtinam id nobis aliquando studium esset,
vt protinus à peractis precibus, tota eius tem-
poris seriem, quod precando trāsegimus, me-
moria repetamus. Quas ibi stultitias videbi-
mus, quas ineptias, quot interdum fœda con-
spicabimur. Mirabimur profectō fieri potui-
se nonnunquam, vt animus nobis in tantillo
tempore per tot tam procul inter se dis̄ita lo-
ca, per tot diuersa, tam varia, tam multiplicia,
tam ociosa negocia se diffuderit. Nam si quis
operam in id daret de industria, vt i tanquam
experiundi gratia mentem in quam maxime
posset multa & diuersa distraheret: vix posset
opinor, tam breui tempore, tam procul inter
se distātia, & tam numeroſa percurrere, quam
dum os horarias, & vsu tritas preces permur-
murat negligenter, sibi relictus animus per-
vagatur. Itaque si quis miretur, ac dubitet,
quidnam interim agitauimus, dum dormien-
tibus nobis ingerunt sese somnia: nō alia simi-
litudinē reperio, quæ propius accedat ad rem,
quam si sic occupari mentem cogitemus in
somno, quo modo vigilantibus occupatur (si
modo sic orare, vigilare est) dum inter oran-
dū per tot absurdā phantasmata, velut amens,
atque insana, circumuolat, hoc solo somniāti
dissimilis, quod vigilū istorū somniorū mon-
stra sunt quædā tam fœda, & tam abominan-
da portenta, quæ dum lingua precando pro-
currens dat sine mente sonum, mens interim
peregre profecta complectitur vt si ea quis vi-
disset in somno, non sustineret haud dubie vel
apud pueros, quantumvis impudens, tam in-
sana surgens somnia recensere. Et proculdu-
bio vetus illud verbum perquam verum est,
Mentis imaginem vultum esse. Nam animi
certè tam insanus habitus, & tam furiosa con-
ditio per oculos, per genas, palpebras & super-
cilia, per manus, pedes, & totam denique to-
tius corporis faciem pellucet. Siquidem qua-
mentis negligentia prodimus ad precandum,
eadē quoq; corporis incuria & supinitate pro-
gredimur. Nam et si Dei cultum præteximus,
quod diebus festis solito cultiores sumus: ne-
glectus ille tamen, quo plerique inter precan-
dū vtimur, non satis cælatū illū ac dissimu-

latum mundani fastus affectum satis indicat,
ita neglectū nunc obambulamus, nunc resi-
demus in sella. Quod si in genu demittimur,
aut in alterum nitimur, altero in pedem sub-
lato, aut puluinū genibus substernitur, inter-
dū verō (si delicatiōes sumus) puluino ful-
cimus, & cubitos, &, velut ruinam minantem
domū tibicinē sustinemus. Deinde quid non
facimus, quo perugantē foris animū proda-
mus? Scabimus caput, cultello purgamus vngues,
digito purgamus nāsum, interim aliud
pro alio dicimus. Nam quid diximus, aut quid
non diximus, oblii diuinamus temere, quid
dicendū superest. Ecquid non pudet nos cum
hoc tam demente mentis, & corporis habitu,
in tanto nostro discriminē sic supplicare Deo,
sic tot immanium criminum precari veniā, sic
eterna supplicia deprecari: vt si nihil peccasse-
mus prius, tamen tam contemptum adjisse mai-
statum Dei, decies eterna tormenta mereatur.

Finge, age, te contrā mortalium istorum
Principum quempīā, in cuius manu vita tua
sit, læsa maiestatis crimen admisiss: sed illum
tamen tam misericordē esse, vt pœnitenti, &
eius indignationē deprecanti, paratus sit capi-
tale supplicium in pecunię mulctā vertere, aut
ex efficacibus magni pudoris, & doloris indi-
cij prorsus in totū remittere. Productus igit̄
in conspectū Principis, age iam, neglectū
illū, securus & supinus alloquere, & dum ille
consistit atque auscultat, tu tuam orationem
percensens hac atque illac interim obambula.
Dein vbi satis inambulatum est, colloca te in
cathedram, aut si ciuitatis causa videbitur in
genua demittēdū, accersi quēpiam iube prius,
qui genibus substernat puluinū, quin & scam-
num adferat cū puluino quoque, in quod in-
cumbant cubiti, tum oscita, pandiculare, ster-
nuta, despue neglectū, & crapulę tua fumos
eructa. Ita te deniq; vultu, voce, gestu, & to-
to corporis habitu gere, vt te plane videat,
dum se affaris, alias res animo agere. Dic ergo
iam, quam prosperū futurū speras talis oratio-
nis exitum? Infani certè nobis videremur ip-
sis, si capitale causā ad hūc tractaremus mo-
dū apud mortale principē. Et tamen is, quum
occidisset corpus, quod vltierius agere posset,
non haberet, & fani sumus scilicet, quū in cri-
minum longe grauiorum cumulo deprehensi
tam contemptum deprecamur supplicium apud
Regem regū omnium Deū, qui quum occide-
rit corpus, potestate habet animam simul &
corpus mittere in gehennā. Neque tamen h̄c
eo dicta velim, quod vel ambulantem, vel fe-
dentem, vt nec cubantē quidē quenquā orare
veruero. Vtinam assidue, dum quiduis corpo-
re facimus, animum interim (quod acceptissi-
mū precādi genus est) eleuaremus ad Deum.
Neque enim quacunque nos ambulando ver-
itus, modo mens feratur in Deum, ab eo, qui Hiero 17
Propheta, qui dicit Deo: Memor fui tui super Psal. 62
stratum

stratum meum, non eo tamen sic satisfecit si-
 bi, quin & media nocte surgeret ad confiten-
 dum Domino: ita præter istas ita dictas am-
 bulando preces, aliquas interdū sic orari po-
 stulē, vt tali meditatione præparetur animus,
 tanta cum reuerentia corpus componatur, vt
 nec vniuersos orbis terræ simul confidentes
 Reges tam reuerenter simus adituri. Verum-
 enim uero mentis ista vagatio, quoties ea co-
 gito, animū mordet misere. Neq; tamē affirmē
 cogitationē quālibet etiam si turpē & perquā
 horribilē, quā precantibus nobis vel malus ob-
 iicit Genius, vel quæ sensuū nostrorū phatasmate
 fabricata surrepit, protinus esse mortiferā, si modo renimur & repellimus: ceterum
 alioqui vel admissa libenter, vel diu permitta
 negligēter crescere, nō dubitē profecto, quin
 pondus eius possit ad animę perniciē, & mor-
 tem ingrauescere. Imo quum diuinæ maiestati
 immēlā gloriā cogito, protinus profecto
 subigor atque impellor credere, etiam breues
 istas abductiones animi, quod non sunt capi-
 talia crimina, id adeo magis ex Dei miserentis
 benignitate procedere, per quam dignatur ad
 mortē nō imputare: quām quod suæ ipsarum
 naturæ malicia morte non mereantur, quum
 plane comminisci nequéā, vnde possit cogita-
 tionibus eiusmodi, precātibus hominibus, hoc
 est, cū Deo loquentibus, aditus in mentē dari,
 nisi prorsus ex imbecillitate fidei. Alioqui quā
 longe facessat animi queuis incepta distractio,
 dū in causa seria mortalē affamur Principem,
 imō vel eius ministrum quēpiam, qui quidem
 apud herū suum in aliquo loco sit fieri profe-
 cto non possit, vt dum precamur Deū, animus
 abduci vel tantillum queat, si fortis & efficace
 fide crederemus præsentem, & non verba no-
 stra dūtaxat auscultantē, vultusq; & corporis
 habitum foris contéplantem, vt inde mentis
 internæ signa & argumēta colligat: sed in ip-
 pos penitus cordis arcani sinus oculis plusquā
 linceis penetrantem, immensa maiestatis luce
 cuncta collustrantē Deū, Deū, inquā, Deum:
 in cuius glorioſa præsentia omnes orbis terræ
 Principes in omni gloria sua teredines esse se-
 fe (si non insaniunt) & humi repentes vermi-
 culos confitetur. Christus ergo Seruator no-
 ster, quā videret nihil oratione conducibilius,
 rursusq; cerneret hominum negligentia, &
 malicia dēmonū rem tam salutarē tam paſſim
 fructū perdere, plerunq; verō & in perniciem
 verti, voluit obiter, dū transiret ad mortē, suis
 verbis & exemplo suo rei tam necessariæ, ve-
 lut reliquæ doctrinæ suæ colophonē tradere.
 Itaq; quo sciremus, nō anima tantū, sed etiam
 corpore vtriusque creatori Deo seruendum,
 simul vt doceremur corpus ad reuerentiam
 cōpositū, quanquā ab anima formā illā, habi-
 tumq; suscipit, in animā tamen rursus reuer-
 entis erga Deū pietatis augmentū refundere, hu-
 miliumq; subiectionis formam edidit, eo enim
 corporis gestu Patrē cœlestem suū veneratus

est, quem nemo terrenorū Principum præter
 ebrū vino luxuque Macedonē, & alios quoſ-
 dam fortuna ſlatu tumescentes Barbaros, qui
 ſe pro Dijs haberi voluerunt, aut exigere eſt
 auiſus, aut oblatum ſponte, ſuſcipere. Nam
 neque quum oraret, reſedit, neque ſe erexit in
 pedes, neque tantum demifit in genua, ſed to-
 tum in terram abiiciens pronum proſtrauit in
 faciem. Tum in eam miſerabilē formā cōpoſi-
 tuſ implorauit Patris miſericordiam, & patris Mat. 26.
 nomen ingeminans rogauit, vt quandoquidē
 illi omnia poſſibilia ſunt, ſi fieri poſſet, hoc eſt,
 ſi nō immutabili decreto calicē passionis eius
 ſtatuiſſet, precibus eius, oratus auferret. Cete-
 rum ne precantis tamen volūtati obſecunda-
 ret, ſi optimæ prorsus ipſius voluntati melius
 videretur aliud.

Non eſt quod filium ex hoc loco putes pa-
 terne voluntatis ignarum, ſed quoniā volebat
 homines inſtruere, humanos affectus pariter
 volebat exprimere. Quod Patris vocabulum
 bis cōmemorauit, nos admonere voluit omnē
 ab eo paternitatē procedere & in cœlo & in Ephes. 3.
 terra. Quin & hoc quoq; nos voluit cōmone-
 facere Deū Patrē bis ipſi patrem eſſe: quippe
 creatione, quæ paternitas quædā eſt. Nam ve-
 riū à Deo ſumus qui nos creauit ē nihilo, quā
 ab illo qui nos genuit homine: nempe Deo
 prius ipſum creante genitorem, & omnē illam
 ex qua geniti ſumus creante, prius & ſubſte-
 nente, materiā. Sed ſic agnouit Patrē Deum
 Christus, vt homo. Ceterum vt Deus, natura-
 lem illum ſibi nouit & cōaeternum Patrē. At
 nec iſtud abſimile veri eſt, ideo bis appellaffe
 Patrē, vt non ſolū eū ſibi naturalē patrē fate-
 retur in cœlo, ſed etiā nullū habuiffe patrem
 alium ſignificaret in terra, quandoquidem ex
 virgine matre ſecundū carnem conceptus eſt
 abfq; virili ſemine, ſuperueniente in matrē S. Matth. 1.
 Spiritu, Spiritu, inquā, & Patris & ſuo, quorū Luc. 2.
 opera eadē & ſimul ſunt, nulla penitus consi- Rom. 2.
 deratione diſtincta. Quid quod ex eſficiaci pa- Joan. 5.
 terni nominis ingeminatione, quæ magnū de-
 clarat obtinendi voti defiſterū, ſaluberrime
 docemur & illud, ne quā quidpiā precamur,
 quod non impetrāmus, animo cōcidamus, vt
 Rex Saul ſortilegus: qui quod ſtatiū nō acce-
 pit, oraculū à Deo diuertit ad Phytoniſſam: & 1. Reg. 18
 lege vetitā, & ab ipſo pridē cohibitā artē exer-
 cit. Nos doceſt Christus, vt perſeuereſt pe-
 tere, neq; tamē, ſi nunquā aſſequamur, quidq; murmurēmus: quippe quā videamus Filium
 Dei ſeruatorem noſtrum non impetrasse de-
 pulsione mortis, quā tanta cum iſtā Pater-
 trem precatus eſt, niſi quod perpetuo (quam
 rem vel maximē nos imitari debemus) volun-
 tam suam Patris voluntati ſubiecit.

Et venit ad diſcipulos ſuos, et inuenit eos dormiētes. Mat. 26.

EN amor amori quid præſtat. En amor
 ille, quo Christus amabat ſuos, quanto inter-
 vallo amorem præcellit illum, quo redama-
 X baturā

E X P O S I T I O

batur à suis, etiam ab his, qui diligebant maxime. Nam illū tristitia, metus, paor & tedium, quibus, ingruente supplicio crudelissimo, tam anxiè afflictus est, abstinere tamen eum non potuerunt, quo minus illos inuiseret. At illi, quantūcunq; diligebant eum (diligebant proculdubio vehementer) tamen in tam immenso, tam vicino, tam amantis magistri periculo, somnum potuerunt admittere.

Et dixit Petro sic: Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum?

Hic sermo Christi tam breuis, quantā habet energiam, tam mitibus verbis, quam acuto pungit aculeo? Nam dum Symonē nomine compellat illo, & illo nomine somnolentiam exprobrat: tacite subsignificat, non iam Petri vocabulo (quod ob firmitatē Christus eipridem indiderat) hāc infirmitatem eius, & soporem satis omnino congruere. Quin ut aculeum habet suppressio nominis Petri, imo Cephe: sic aculeum habet alterum ipsa Simonis expressio. Hebraica enim lingua (nam ea Christus ei loquebatur) Simon significat audiens, significat & obediens. Atqui dum, Christo contra moriente, dormiebat, iam nec audiens, nec obediens erat. At nec hos tamē soulos, sed & alios aculeos quosdā Seruator noster in Petrum māsuetis istis verbis tacite mihi videtur infigere: nimirum tanquā eum saceruius increparet sic: Simon, non iam Cephas dormis? Quomodo enim Cephas, hoc est, saxum, mereris appellari? quo ego te nomine ob firmitatem olim insigniū, quem tam infirmum te probes nunc, vt nec vnam horam aduersus impetentem somnum possis sustinere? Quanquam vetusto quidem nomini tuo, Simoni, perquam egregie iam respōdes scilicet, quippe qui sic dormitans, quomodo voceris audiens? aut quum ego te vigilare monuerim, quo pacto voceris obediens, qui me vix digresso segnis & somnolentus indormias? Ego te semper Simon feci plurimi, & tu Simon dormis? Ego te tot modis honestauī, & tu Simon dormis? Tu te modo iactasti, vel moriturum tecum, & nunc Simon dormis? Ego nunc à Iudaeis ac gentibus, & vtrisque deteriore Iuda queror ad mortem, & tu Simon dormis? Quin & vos omnes tanquā triticū satagit cribrare Satanas, & tu Simon dormis? Quid à ceteris expectare debo, quum in tatis & tam vrgentibus non modo meis, sed & vtris ipsorum periculis etiam tu Simō dormias? Post hæc ne res videatur solum Petrum tāgere, sermonem vertit ad reliquos.

Ioan.1.

Luc.22.

Mat.26.

Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

Orationis hic mandatur assiduitas, & non utilitas eius modo declaratur: sed etiam immensa necessitas, nempe ne remoræ in mo-

rem, carnis infirmitas animum quantumuis ad bona prōptum remoretur ac retrahat in tentationis mala præcipitem. Quis enim spiritu promptior Petro? & tamen quantū eguit aduersus carnem Dei præsidio, vel hoc declarat, quod dum illud implorare precibus dormiendo distulit, locum Dæmoni dedit, quo paulo post per carnis infirmitatē, Spiritus alacritatē **Mat.27.** retundet, & ad negandū cum peririo Christum perpelleret. Quod si talia visuenerunt Apostolis lignis nimirum viridibus, vt dū per somnū orationē intermitterent, intrarent in tentationem: quid in aridis fiet nobis, si ingruente periculo (quod quando, quæso, non ingruit, quū aduersarius noster diabolus velut **1.Petr.5.** Leo rugiens assidue circueat vndequaq; quærens quē earnis infirmitate cadentē protinus inuadat ac deuoret) in tanto, inquā, periculo quid fiet nobis, nisi Christi consilium secuti, in vigilia & oratione perstems?

Vigilare monet Christus, sed non ad charatas, & aleam non ad crapulam, comedationes, vinum & venerem, sed ad orandum. Orare **Luc.18.** monet non interdum, sed incessanter. Orate, inquit, sine intermissione. Orare monet non dūtaxat interdiu (quis enim vigilare iubet in die?) sed orationis instantiae suadet eius etiam tēporis bonā partē addere: quod pleriq; totū somno solemus impendere, quo magis nos pudere miseros decet, & inanē culpā agnoscere, qui vix interdiu precem brevē, & eam tamen oscitantē & somnolenti peragimus. Monet nos deniq; Seruator noster orare, nō vt abundenus opulentus, nō vt delitijs affluamus, nō vt inimicis nostris malū veniat, non vt nos honorem in hoc seculo: sed ne intremus in tentationem. Voluit nos nimirum intelligere mundana illa omnia aut noxia prorsus, aut si cum hoc vno conferantur, inanissimas nugas esse, eoquē istud vnum velut ceterorum quodammodo collectam summam in ea prece, quam pridem discipulos docuit prudens collocauit in fine. Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos à malo.

Matth.6.

Iterum secundo abiit & orauit eundē sermonem, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorum grauati, & ignorabant, quid responderent ei. Et relictis illis, iterum abiit & orauit eundē sermonem, & postis genibus orabat, dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum à me. Veruntamē non mea, sed tua voluntas fiat.

Mat.26.

Postquam ergo discipulos sic admonuit, iterum ad orationē redijt, idemq; quod ante, rursus precatus est, sed ita tamen, vt totā rem denuo Patris volūtati committeret. Sic enim docet nos & instanter simul & nō precisē petere, sed exitum rei totum Deo cedere: quā nec minus bene nobis vult, quam ipsi nos; **Matth.6.** & quid magis conduceat, millies videt melius. **& 8.**

Pater

Pater mi, inquit, si non potest hic calix transire nisi bibam illum; fiat voluntas tua.

Pronomen illud (Mi) duplicum habet effectum. Nam & magnum exprimit affectū, & singulari modo patrē Christo, patrem declarat Deum, quippe quoniam non creatione tantum, sicut est vniuersis, nec adoptione, quo modo pater est Christianis, sed natura sit Dei filij pater Deus. Cæteros igitur omnes erudiens ut ita precaremur: Pater noster qui es in cœlis, quibus verbis Deum agnoscere mus omnibus nobis ut fratribus patrem esse communem, ipse merito, qui propter Deitatem solus potest, sic affatur Patrem. Pater mi. At si quis tam superbus est, ut non contentus esse, sicut cæteri hominum, solus sibi videatur gubernari secreto spiritu Dei, nec eadem esse forte cū cæteris: hic mihi certè videtur Christi sibi verbum arrogare, & Pater Mi, precari, non Pater noster, quoniam Dei communè spiritum priuatim afferit sibi, Lucifer non multum dispar, qui sic Dei sibi verbum arrogat, sicut Lucifer locum.

Iam quod ait: Si non potest calix iste transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua, satis evidenter ostendit quid Christus appellat possibile, quid impossibile: nempe nihil aliud, quam certū & immutabile de sua morte spontaneum decretum Patris. Alioqui enim si sensisset, vel ex cursu syderum cœlestium, vel abstrusiore quopiam omnī rerū ordine, fatigātū imminere sibi ineluctabilem moriendi necessitatem, ac tali ratione dixisset: Si non potest calix iste transire, nisi bibā illum, frustra penitus adieciisset illud: Fiat voluntas tua. Quo modo enim Patris arbitrio relinquere tam rem, cuius exitum vel aliunde pendere, quam à Patre crederet, vel Patrem necessario, hoc est, velit, nolit, velle?

S E D interea tamen dum recensemus talia, quibus mortem sibi Christus deprecatur à Patre, & omnia supplex Patris voluntati submittit: assidue nobis contra cogitandum est, quoniam & Deus esset & homo, hæc illū omnia, quatenus homo erat, & non ut Deum dicere. Nam & nos, quoniam ex anima constamus & corpore, ut quædam de nobis loquimur, quæ soli cōpetant anima: ita quædam contra loquimur, quæ soli cōpetant corpori. Nā & martyres in cœlū dicimus protinus à morte conserdere, quoniam eo tantum ferantur animæ: & homines vici sim dicimus, quantūvis hic superbiant, terram tamen & cineres esse, tum vita breui defunctos in vili sepulchro putrescere. Sic enim loquimur assidue, quoniam nec sepulchrum ingrediatur anima, nec morte obeat: sed quæ male vixit in corpore, post corpus misere viuit in poena, quæ verò bene, perpetuo viuit in bono.

Ad hunc igitur modum, quia non minus erat humanitati coniuncta atque unita diuinitas in omnipotente persona Christi, quam

immortalis eius anima corpori: quod mori potuit, tam ea quæ fecit ut Deus, q̄ ea quæ fecit ut homo, nō tanq̄ bipartitus in duos, sed merito, sicut unus erat, ita sicut unus enunciavit, sic & ob deitatem suā non dubitauit dicere: Ego *Ioan. 10.* & Pater unum sumus. Et, *Antequā Abraham & S. fieret, ego sum. Et propter utrāque naturam: Mat. vlt.* Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationē seculi. Et vice versa propter humanitatē solā dixit: Pater maior me est. *Et, Ioan. 14.* Modicū tēpus vobiscum sum. Etenim tæstī *Ioan. 16.* gloriosum corpus eius, veraciter nobiscū præfens est, eritq; semper usque ad finē seculi sub specie panis in venerabili sacramento Eucharistiae: corporalis tamen eius forma, in qua cū discipulis diu versatus est (de quo præfentiæ modo sensit nimirū, quoniam diceret: Modicū tēpus vobiscū sum) Christo concordante subtrahita est. Omnia igitur ista, quæ Christus hoc loco agonie suæ vel fecit, vel passus, vel precatus est, quæ tā humilia sunt, ut neutiquam decere videantur excelsam illam sublimitatem Dei: ab illo eodem Christo facta recordemur, ut homine, quin & quædam, ut ab inferiore humanitatis suæ parte, nempe sensibili duntaxat proficiunt, quæ declararent humanæ in eo naturæ veritatem, & naturalem in alijs post hominibus horrorem solarentur.

Istorū igitur verborum, cæterarumque rerū omnium, quæ tam afflictæ humanitatis indicia series eius agonis demonstrauit, adeo nihil suæ gloriae Christus putauit ingloriū: ut ea nimirū ipsem diligenter euulganda curarit. Etenim quoniam quæ scripta sunt ab apostolis omnibus, ab uno pariter ipsius Spiritu vniuersa dictata sunt: non facile tamē aliud eius factum recordor ullum, quod tam peculiari modo curarit cōmendare memorie. Nā quod vehementer tristis erat, id quidem narravit Apostolis, quod illi posteris ab ipso possent tradere: cæterum quibus verbis Patrem precatus est, quoniam & ad lapidis iactum absent proximi, etiamsi vigilassent, & quū dormirent, si præsentes in re fuissent, non potuissent audire: quanto minus id noctis cerneret, quād se demisit in genua, quando prostrauit in faciem? Sanguinas verò guttas illas quas toto sudauit corpore, etiamsi restantes & conspicuas postea spectassent in terra, quidlibet, opinor, cogitassent potius, quād id diuinassent, quod erat, quod ante nusquam contigerat; quenquam sudasse sanguinem. Sed neque cum matre postea, neq; cū Apostolis ante mortē collocutus est, ut ea tū narrasset videatur: nisi quis id putet verisimile quoniam ab oratione digressus rediret ad Apostolos, adhuc aut dormitantibus aut vix excitatis & semisomnibus, aut deniq; quū satellites essent ad manum, tum videlicet illis recensuisse totam agonis historiam. Restat igitur quod videtur verissimum, ut postquā resur-

E X P O S I T I O

rexit à mortuis matr̄ pientissimæ, dilectisque discipulis, quum Deum esse eum iam dubitare non possent hanc humanitatis sic afflictæ seriem, cuius cognitio primum ipsi, post per eos alijs prodesset, quam alius nemo narrare potuit, ipse met ore suo sanctissimo recensuerit. Magnam igitur adfert & meritò huius agonizæ meditatio, his qui tribulato sunt corde, consolationē: quum ad eum ipsum finem, ut solaretur afflitos, seruator noster afflitionē suā, nemini alioqui cognitam, neque possibilem cognitu, pro sua bonitate vulgauerit.

Sunt fortasse quidam, quos & illud mouet, quod ab ea oratione Christus rursus reuisenſ Apostolos, quum dormiētes eos reperiſſet, & se superueniente tam attonitos, vt quid dicere possent, ignorarent, sic eos reliquerit, vt videri possit, tantum ideo venisse, vt exploraret, an vigilent: quū id (vt erat Deus) nescire non potuerit, antequam venisset. Sed isti, si qui sint, sic responsum habeant. Ille quod fecit, non incassum fecit. Nam eti in præſens aduentus eius non sic excitauit eos, vt vigilaret, sed aut nō prorsus experrecti, ſemisomnes, & attoniti, vix oculos in eum leuarent, aut, quod deterius est (ſi ab illo increpiti ſunt, & vigiles redditi ſibi) nihilominus, eo digreſſo, protinus relaberentur in ſomnum: ipſe tamen & ſuam circa diſcipulos ſolicitudinem declarauit, & ſuo ſanxiuit exemplo, vt Ecclesiæ ſue Pastores in posterum nulla triftitia, nullo tædio, nullo terrore permitterent ſuam circa gregem curam & diligentiam quoquo modo quicquam claudicare, ſed ita ſe planè gererēt, vt ipſa re probarent, non tam eſſe de ſeipſis ſeſe, quām de gregis ſuī ſalute ſolicitos.

A T dixerit fortasse quispiaſ diuini conſilij curiosulus explorator: aut voluit Chriſtus Apostolos vigilare, aut nō voluit. Si non voluit, cur tam accurate mandauit? Si voluit, quid ire, ac redire toties oportuit? Non potuit quum eſſet Deus, & ſemel dicere, & ſimul facere, vt fieret? Potuit haud dubie, bone vir, quum Deus eſſet, qui quicquid voluit, fecit, qui verbo creauit vniuersa. Etenim dixit, & facta ſunt: manuauit & creaſta ſunt. An qui aperuit oculos cœci nati, viam inuenire non potuit, per quā oculos aperiret dormiētiſ? Facile profecto ea res factu fuit vel illi, qui non eſſet Deus. Nam quis non videt peruigilaturos homines, nec in ſomnum ci- to relapsuros, ſi quis indormitantes oculos tantum perpungat acicula? Potuit proculdu- bio Christus efficere, ne dormitarent quicquam, ſed peruigilarent Apostoli. Si id præcise prorsus & absolute voluifert. At nunc adiecta conditione voluit: nempe ſi vellent & ipſi, atque ita vellent efficaciter, vt ipso monente foris, & intus etiam iuante pro ſua quicque virili cum eo conniteretur. Hoc pa- cto vult & omnes homines ſaluos fieri, nemini ēterno cruciari tormento, videlicet ita

demum, ſi nos tam piæ voluntati eius obſe- cundemus, ac non malicia noſtra nitamur in contrarium. Quod ſi quis obſtinate perget facere, non vult illum Deus inuitum in cœlum veheret, tanquam ibi noſtro indigeret of- ficio, neque regnare poſſet in gloria ſua, niſi ſuffultus nobis. Quod ſi nō poſſet, multa pro- feſto statim vindicaret, qua nūc noſtra cauſa tolerat, & diſsimulat diu, ſi quando ipſius be- nigna patientia nos adducat ad pœnitenti- tam. Cæterum nos interea tanta eius abuſi Rom. 2. clemētia, dum peccata peccatis addimus, the- faurisamus nobis (vt ait Apoſtolus) ira in die Rom. 2. iræ. Et tamen (quæ Dei bonitas eſt) negligen- tes nos, & peccatorum puluino indormientes agitat interdum, quatit & concutit, ac tribu- lationibus fatagit exerceſfacere. Atqui quum ea re ſe proberet, etiamſi iratum, tamen amantif- ſimum: pleriq; tamē homines ſtultiſimi aliorum rem accipimus, & beneficiū tantū maleſi- cij loco ducimus: quum contra (ſi ſani ſimus) vt quoties aberramus ab eo, toties nos inuitos ac reſluſtates verberibus in viam redigat, mul- tis eſſet precibus exorandus. Etenim primo preceſandum eſt, viam vt videamus, & cum Ec- cleſia dicendum Deo: A cœcitate cordis libera nos Domine. Et cum Propheta: Doce me facere volūtatem tuam. Et, Vias tuas demon- ſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Deinde vehementer optandum eſt, vt in odore vn- guentorum tuorum Deus, in ſpiritus tui ſuffi- tu ſuauiſſimo poſte curram^o alacriter. Quod ſi languemus in via (quod nunquam ferē non facimus) & nimiū ſegniter vix procul à longe ſubsequimur, protinus dicamus Deo: Appre- psal. 119. hende manum meam dexteram, & deduc me & 139. in via tua. Cæterum ſi ſic inualeſcat languor, Ioan. 6. vt pertaſi progredi, coepimus pigritia mol- licieq; ſubſiſtere: precemur Deū, vt ireniten- tes trahat. Poſtremo verò, ſi molliter attracti renitimus, & contra voluntatem Dei, contra ſalutem noſtrā ceruicofimis abiecta ratio- ne, ſicut equus & mulus, in quibus non eſt in- Psal. 31. tellectus: ſuppliciter orare debemus Deum prophetæ verbis appositissimis: In chamo & Psal. 31. freno maxillas eorum conſtrige Deus, qui non approximant ad te. Verum enimue- ro quandoquidem quum ſubit desidia nulla virtutum parte citius quām preceſandi affectu deficitur, nec ea nobis imprecari liber, etiam quantumuis virilia, quæ non libenter admitti- mus, nobis diu ante curandū eſt (ſi quādo ſani ſumus) quām nondum in ægros illos animi laboratīſ affectus incidiſimus, vt aures Dei pre- cibus huiusmodi diligenter impleamus roge- muſq; ſuppliciter: vt ſi quādo poſtea, vel car- nis illecebra pellecti, vel mundanarum rerum concupiſcentia ſeducti, vel callidis inſidijs de- monum labefactati, contra precemur quid- piā, ad talia vota ſurdeſcat, & quæ precamur, auerat: iſta verò, quæ profutura prænouit, quantumuis deprecemur, accumulet. Siqui- demad

Pſal. 11.
Pſal. 114
Ioan. 9.

T. Tim. 2.

dem ad hūc modū solemus, si sapimus, quum febrem expectamus, eos præmonere, qui nobis ministraturi sunt ægrotantibus: ne vel ro-gantibus nobis, eorum quicquam porrigit, quæ saluti noxia morbus in augmentū sui pre-potere solet appetere. Itaque quum sic vitijs indormimus, ut diuina in clamati atq; agitati clemētia nolimus expurgisci, atque invigilare virtutib;: in causa nonnunquam sumus, ut nostris nos vitijs abiēs relinquat Deus, quos-dam sic, ut nunquam reuusat iterū, alios ve-rō dormire sinat dūtaxat in aliud tēpus, prout eius admirāda benignitas & inscrutabilis aby-sus sapientię videt idoneum. Huius rei typum gerebat quendam, quod Apostolos Christus quum iterum inuisisset, nec illi tamen vigilare voluerunt, sed nihilominus assiduè dormita-rent, relictis illis abscessit. Nā relictis illis iterū abijt & orauit eundem sermonem, & positis genibus orabat, dicens: Pater, si vis, trāsfer calicem hunc à mē: veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat.

Cor. 10. EN iterum idem petit, iterum eandē con-ditionem adjicit, iterum nobis exēplum præ-bet, ut quum in magnum (etiā Dei causa) per-iculum venimus: non arbitremur illicitū in-stanter precari Dēū, ut ex eo differimine nobis procuret exitum. Quandoquidē fieri potest, ut ea de causa nos patiatur in tales angustias adduci: ut quos prosperitas frigidos ad oran-dum fecerat, periculi timor faciat effrēsce-re, præsertim quū res agitur de corpore, nam ad animæ periculum vix plerique tepeſcimus. Cæterum quibus (ut esse debet) animæ cura est, nisi quis ad martyrium fortiè animetur à Deo (quod vel indicibili modo sentiēdum, vel coniecturis idoneis expendendum est) alioqui timere quenquam sibi satis congruit, ne sub onere fatigetur, & concidat, eoquæ ne Petrum imitatus nimium de se confidat, orare diligenter Deum, ut à tanto animæ suæ peri-culo diuina bonitate liberetur. Cæterum il-lud assiduè repetendum est, ne quis ita præ-cise deprecetur periculum: quin Deo rem-totam permittat paratus obediencer, quic-quid ille pararit, perpeti. Christus igitur hu-iūmodi de causis sic orandi salubre nobis ex-emplum præbuit, sed ab ipso tamen longius abfuit talis orandi necessitas, quām cœlum distat à terra. Neque enim quā Deus erat, mi-nor erat, quām Pater. Quā Deus erat, sicuti

Joan. 10. Philip. 2. potestas eadem, sic & voluntas eadē erat cum

Joan. 5. Patre. Verum quā fuit homo, potestas infi-

Joan. 14. nito minor: sed à Patre tradita tandem omnis

Matth. 11. ei potestas est, in cœlo simul & in terra. Vo-

& vlt. luntas verō vt non eadem illi cum Patre, qua-

tenus homo fuit: ita Patris voluntati sic om-nino conformis, vt nulla in re dissentiens re-perireret. Itaque mortem illam amarissimam animæ ratio voluntati Patris obediens con-fentit ferre, dum (vt hominem se monstra-ret) corporis eam sensus exhorret. Oratio

eius ad viuum vtrunque simul expresit. Pa-ter (inquit) si vis, transfer calicem istum à me: veruntamen non mea, sed tua volun-tas fiat.

At non verbis tamen ista tam litigulenter expresit, quām factis. Nam quām non refuge-rit eius ratio tam horrendum supplicium, sed obediens Patri fuerit usque ad mortem, mor-tem autem crucis: series passionis edocuit: Quām vehementem vero sensus pertulit im-minentis passionis horrorem, Euangelij verba, quæ iam sequuntur, ostendunt.

Apparuit autem illi Angelus de cœlo confor-tans eum.

Quām vehementem fuisse céles eius men-tis angustiam, quum ad eum confortandum Angelus veniret à cœlo! Sed ex hoc loco subigor, ut admirer, quæ malæ teneant illos intemperies, qui frustra facturum con-tendunt, quisquis aut Angelum quenquam, aut vita funētum sanctum precatorem sibi cupiat adhibere, propterea videlicet, quod Deum ipsum prefatidēter possumus: qui & præsentior est nobis unus, quām omnes An-geli, & sancti præterea simul vniuersi, & plus nobis potest conferre, & multo magis etiam cupit, quām quicquid est præterea sanctorum quenquam in cœlo. Huiusmodi ratio-nibus, fruolis, & plane nihil, sanctorum in-uidentes gloriæ, & pariter sanctis inuisi, & nostrum in eos affectum pium, & eorum er-ga nos salutare subsidium student atmoliri. Quid ni hic similiter argumententur impro-bi, Angeli istius operam cōsolatoriā erga Seruatorem Christum inanem prorsus & su-peruacaneam esse? Quis enim Angelorum omnium aut tantum potuit, quantum potuit ipse, aut tam vicinus ei fuit, quām Deus, qui fuit ipse? Et tamen sicut tristari voluit pro nobis & anxius esse: sic & pro nobis voluit Angelum consolatorem admittere, ut & ho-minibus istis argumenta nugacia retunderet, & hominem sele verum declararet. Cui sicut Diaboli tentantis Triumphantori Angeli mi-nistrarant ut Deo: sic ad mortem humili-ter tendenti Angelus accederet iam cōsolator, ut homini: & spem præterea faceret, si Dēū com-precemur in periculo, consolatione non de-stituēdos, modo ne legniter precemur, & per-functorie, sed ex intimo corde proferētes sus-piria, precentiae hoc loco Christum imite-mur. Nam factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram.

Affirmant plerique Doctores acerbiorē fuisse passionem Christi pro nobis, quām vlla fuerit vñquam martyrum usquam omniū, qui pro fide tulere martyrium. Sunt contra qui nō putent propter varia quædā alia suppliciū genera, & pluribus diebus repetita tormē-ta, quām Christo seruatori nostro, vel adhibi-

E X P O S I T I O

ta fuerint vel prolongata. tum, cuius una gutta tam preciosi sanguinis, propter infinitam eius Deitatem, ad redimendos omnes homines abunde superabat sufficiet: ei pœnam putant à Deo destinatam tantam, non quantam alius usquam aliquis passus est, sed quantam impenetrabilis eius sapientiae visum est conuenire. Cuius modum ut nemini satis compertum, ita citra præiudicium fidei credi posse censem infra quorundam martyrum pœnam substituisse. At mihi certè præter vulgaris opinionem Ecclesiæ, quæ Hieremias verba decenter de Hierusalem decenter ad Christum applicat: O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor, sicut dolor meus, vel hic locus vehementer suadet, ut credam, nullius usquam martyris supplicium cum passione Christi, ipsa pœnarum acerbitate comparabile.

Thren. i.

Equidem si faterer (id quod idoneis de causis non necesse habeo) cuiusdam ex martyribus adhibita fuisse & plura & maiora tormentorum genera, addet etiam, si placet, diuturniora, quam Christo: videtur tamen mihi per quam credibile sub tormentis in speciem valde minoribus atrociorem pœnam Christum pertulisse, quam eorum quisquam senserit, ea passus, quæ videri possint multo molestiora, quum cum videam ex impendentis passionis angustia tanta mentis amaritudine perculsum, quanta nullus mortalium usquam omnium expectatione tormentorum fuit. Cuius enim usquam tam acerba fuit anxietas, ut toto ex corpore guttatum in terram sanguineus sudor efflueret? Inde igitur præsentis pœnae magnitudinem metior, quod aduentantis eius pressionem supra quam vlli usquam alij fuit, fuisse Christo tam acerbä video. At nec animi valuisse usquam in id vigoris anxietas inualescere, ut corpus suaderet sanguinem: nisi ultra mea ipsius voluntate omnipotens eius diuinitas modo minuisset, sed & vires præterea roburque tanta adiisset angustiae. quo & futurorum martyrum fundendum in terra sanguinem figuraret, & simul eos, qui ad supplicij meditacionem trepidaturi forent, ne timore suum ruine præfiguram interpretantes desperatione succumberent, tam modo, tam miro, tam immense anxietatis exemplo solaretur. Hic si quis rursus martyres illos proferat, qui ob Christi fidem alacres ultra se offerebat in mortem, eosque demum triumphali dignos lauro censeat, quod lætitia superante dolorem nulla tristitia signa, nulla timoris argumenta protulerint: in ea re profecto ad iudicium suum licebit adscribat & meum, modo ne triumphum istis quoque deneget, qui quanquam non ultra properant, apprehensi tamen, neque renuntiuntur neque retrocedunt: sed quāquam timentes & anxi, nihilominus ob amorem Christi, quicquid exhorrent, ferunt. Quod si maiorem illis contendat quispiam, quam his

tributam gloriæ: per me licebit, secundum contentat solus. Sat est enim mihi, quod utique in celo habet tantam, quantam dum viueret, nec viderat eius oculus, nec auris audierat, nec in cor eius ascenderat. Etenim quisquis in celo prefertur, ei non aliud inuidet, immo quilibet potius propter amorem mutuum cuiusque gloria fruitur. Adhuc quem cui gloria præferat in celo Deus, nobis in hac mortalitatibus caligine palpitantibus haud quaquam puto satiis inclarescere. Nam ut hilarem datorem (fatuor) diligit Deus, ita Thobiam dilexisse non dubitem, nec item beatum Iob: quorum ut utique fortiter ac patienter calamitatem tulit: ita (quod sciā) neuter adplausit admodum aut exultauit alacriter.

Offerre se pro Christo morti, quū res aperte postulat, aut quum occulte stimulat Deus: egregia virtutis opus esse non nego. Alioqui vero nec satis turum reor, & præcipua ex his columnæ, qui sponte pro Christo sunt passi, timuissimum, fuisse vehementer anxi, nec semel ante se subduxisse morti reperimus, quam postea tamen fortiter adierunt. At nec Deū posse infiōr, & facere aliquando confiteor (nunc pijs id tribuens anteactæ vitæ laboribus, nunc mera benignitate gratificans) ut nūmum martyris totum sic impletat gaudio: ut non modo molestas illas anxieties opprimat, sed & eas quoque, quas Stoici Hieron. propassiones appellant, & quibus factiosos in Mat. 5. sapientes suos omnino fatentur obnoxios, sic Qui vivi eminus arceat, ut non permittat accedere.

Etenim quum sèpē videamus accidere, ut in pugna quidam vulnera sua non sentiant, donec animus, quem vehemens abduxerat affectio quæpiam, reuersus aduertat dñnum: non est quod dubitem, tanta propinquantis gloriæ spe gestientem animum posse sic efferrī supras, ut neque mortem metuat, neque supplicia sentiat. Et tamen si cui donum hoc dederit Deus, ego certè vel gratuitam felicitatem potius, vel præteritæ virtutis præmium vocauerim, quam futuræ mercedis materiam. Nam mercedem crediderim toleratæ pro Christo pœnae respondere, nisi quod eā Dei liberalitas mensura tam bona, tam conserta, tam coagitata, tam supereffluente retribuit: ut non sint vlo pacto condignæ passiones hu- Luc. 6. ius temporis ad futuram gloriam, quæ reue- Rom. 9. labitur in illis, qui tam impense dilexerunt Deum: ut eius gloriæ tanta mentis angustia, tanto cruciatu corporis sanguinem & vitam impenderint. Quid quod interdum pro sua bonitate Deus quibusdam adimit metum, non quod magis eorum approbet, ac remuneret audaciā: sed quod talē corū nouit imbecilitatē, ut timori suo ferendo pares non essent futuri. Etenim nonnulli succubuerunt metu, qui postea tamē inflicta tormenta vicerunt. Iā quod attinet ad animandos alios eorum exemplo, qui mortem ferunt alacriter: non abnuerim, id multis

id multis esse perutile. Sed rursus quoniā pleriq; omnes sumus ad ingruentem mortē timidi, quis nosse potest, quā multis pro sint & hi, quos quum anxious ad mortem videmus & pauidos: cernimus tamen per obiectos, & obstantes illos tādij, pauoris, angustiæ plusquam adamantino obices fortiter penetrare, & effractis istis ferreis repagulis, triūphata morte cœlum violēter irrūpere? An non hi pusilli & timidulī homuncionibus ipsorum videlicet similibus vehementer addunt animū, ne incubente persecutione succumbant, quanquā sibi magnam sentiant tristitiam, timorem, tādiū, & diræ mortis horrorem suborir?

Matth. 11. Prouida igitur Dei sapientia, quæ penetrat omnia fortiter, & disponit cuncta suauiter, præsentis contemplas intuitu, quo modo, quibus in locis affectæ sint mentes hominum, huius aut illius fortis exempla, prout maxime cōductura videt, temporibus, & locis accōmodat. Sic pro sua prouidentia Martyrum suorū affectus tēperat, vt alius alacer ad mortē prouoleret, alius cunctanter & timide prorepat, nec tamen minus fortiter mortem præferat, nisi quis ideo forte minus fortis haberi debet, quod præter debellatos inimicos reliquos, suum etiam ipsius tādiū, tristitia, timore, fortissimos affectus, & potētissimos hostes expugnat. Ceterū disputatio præsens tota hoc deniq; tendit, vt sanctissimorum Martyrū vtrumque genus admireret, vtrāq; veneremur, in vtroq; laudemus Deum, vtrāq; quū res postulat, pro suo quisq; captu (prout gratiā dederit Deus) imitemur. At is, qui se sentit alacrem, non tam solari habet, vt audeat: quam moneri fortassis

Matth. 27. vt metuat, ne Petri more nimium de se præsumens subito relabatur & corrut. At qui se sentit anxious, mœstum, timidum, ei nimirum vt exporrigit animum, adhibenda consolatio est.

Vtrique hęc anxietas Christi perquā salutaris est, alteri vt nimis gestientem animū reprimat, alteri vt nimis abiectum & prostratum erigat in bonam spem. Nam si quis animum sibi ferocientem sentit & timidum, hic, quū tam humilem recordabitur & anxious hunc Imperatoris sui habitū, merito fortasse verebitur, ne paulisper eum callidus hostis eleuet in sublime quo paulo post fortius allidat in terram. At qui nimium conteritur anxious & meticulosis affectibus, sibi quę misere timet, ne desperatione succumbat: hanc agoniam Christi respiciat, hāc assidue meditetur, ac ruminet, ex hoc fonte salutares haust' cōsolationis ingurgitet.

Lucas 10. Nam hic videbit Pastorem piū, ouiculam imbecillā in humeros suos attollere, ipsius personam gerere, ipsius affectus exprimere: vt inde sumat audaciam, nec sibi desperandum putet, quisquis in posterum turbari se similibus sentit affectibus. Agamus igitur illi gratias quā magnas possumus (nam meritas certe nō possumus) & in agonijis nostris ipsius agonie me-

moresui nulla suit vñquam agonia comparabilis: bñxē precemur eum, vt suę anxietatis intu solari nos dignetur in, nostro, & quum: r̄ illum liberari periculo premētis angustiæ hemerter petimus, imitantes tamen ipsius emplum longē saluberrimū, petitio nē notam ipsius adiectione claudamus.

Venitamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Hāsi sedulo fecerimus, nihil omnino dubitem, ut ipsi sic oranti consolatio venit ab Anđlo: sic & nobis per Angelū cuiusque suum consolatio ab ipsius adferetur Spiritu, quae nād ea duranda firmabit, per quę subuehen in cœlum. Nam vt eius rei nobis certam præceret fiduciam Christus, eodem ordine, eadvia nos illuc antecessit. Siquidē post diū per passionem iustum, sic animo refectus est, surgens reuiris Apostolis traditori & tortib⁹ ad passionē se quārentibus vltro proiret obuiam. Deinde passus (vt oportuit) inoviit in gloriam suā, locum nimirum nobis es vestigia sequentibus ibidem paratus, qđ ne nostra nos socordia frustretur, ipse proter agoniam suā nos in agone nostro dignetti adiuuare.

Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia, & ait illi: Quid dormitis? Dormite iam & requiescite. Surgit, surgite & orate ne intretis in tentationem. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetum manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce qui me taret, prope est.

Ecc, iam tertio reuidente Christo somno sepulto Apostolos, quos sustinere secum, & impēdetere periculo precibus inuigilare mandauerat traditor interim Iudas ita totus in prodato Domino vigili cura versatur, vt ne cogitandi quidē de somno vllus illi sit relitus locs. An non in hac disparitate traditoris & Apostolorum nobis iam inde succedentium ad ostram vsque ætatē temporū velut in specu quodam figura non minus clara, quam tristis & horrenda relucet? Cur non hic contemplantur Episcopi somnolentiam suā? qui sicut Apostolorum succedunt locū, sic vtinam irtutes eorū perinde nobis referrēt, vt & auctoritatem libenter amplectuntur, & ignauamist illorū dormitantiā representant. Nam pleique serendis in populo virtutibus & afferētē veritati dormiūt: dū inimici Christi serendis vitijs, eradicādē fidei, hoc est, quo ad in ipsi est, apprehendendo Christo, iterūq; crudelitē crucifigendo peruigilant, tāto sunt (vt Christus ait) prudētiōres filijs lucis filij tenebrarū in generatione sua. Ceterum hęc similitudē dormientium Apostolorum, quam vade competit in hoc Episcopos, qui dum virtus & fides veniunt in discrimen, dormiunt: non omnibus tamen huiusmodi. Præfulibus vsquequaq; conuenit. Nam sunt ex his (heu) multo plures quam vellem, qui non præ-

Matt. 17.

Luc. vlt.

Ioan. 14.

1. Pet. 2.

E P O S I T I O

tristitia (sicut Apostolis accidit) mœlabuntur in somnu: sed sopiti & sepulti pniciosis affectibus, nempe dæmonis, carnis, mundi inusto ebris, velut sues in cœnu se poluëtes, indormiunt. Enim uero laudandi fuissectus, quod in magistri sui periculo tristabat Apostoli: veru quod tristitia sic superat sit, vt toto se somno dederint, id certe virtu it. Quin morere quoq; pereunte mundo, & aorū illa chrymare flagitijs, pię mentis esse fecit, qui dixit: Sedebas solitarius & gemebas: qui ite illud: Defectio tenuit me pro pectoribus dereliquentibus legem tuam. Huius itaque generis tristitiam in ea parte posueri, de qua dicit.

Sed ita tamen posuerim, si affectu uero quantumvis bonu præses infrenet ratio. Am alioqui si sic perstringat an: nū dolor, vppresso vigore mentis ratio remittat habens, ac siicut ignauus gubernator nauis ad fratre tempestatis animo concidens temoner deserit, atque in angulū quempiam tristis inet abijcens, puppim permittit fluctibus, si Episcopus inconstitiae suæ somno superatura relinquit infecta, quæ in salutē gregis, scicj sui locus efflagitat: hanc ego certe tristiam cōferre & comparare non dubitem cum ea tristitia quæ dicit, vt ait, ad infernum, no adeo longe postposuerim, quoniam in re diina speciem quandam habet animi despensis de Deo.

Proxiū huic generi locū tenenfed multo deteriorē, quos nō ob aliorū perula dejicit mœstitudi, sed mali timor inferidi sibi, id est, timor etiam ipse tanto nequio, quanto magis contemni debet, quod metuatur, népe quum non capitris res agitur, sed pecniae. Et tamen ipsius corporis iacturam iuet Christus ipsius causa contemni. Ne terremini (inquit) ab his, qui occidunt corpus, & posthuc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis: Timeteum, qui postquam occiderit corpus habet ptestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Et quum hoc in commune præcipiat omnibus, quando deprehensi nullū patet effugium, Præsum honoris seiorum onus iniungit amplius, vtpote quos nō d'sua dumtaxat anima finit esse sollicitos, nectantisper in silentio delitescere, donec protrecti cogātur aut palam fateri quod sentiunt, aut disimulare mendacio: sed si creditur sibi gregem videant in periculo, prodire voluit eos, & dum gregi prosint, periculis vlo semet ipsos offerre. Bonus pastor, inquit Christus, animam suam ponit pro ouibus suis. Quod si bonus quisque pastor anima suam ponit pro ouibus suis, certe qui cum ouium danno animæ suæ pareit, bonum pastorem non agit. Quamobrē sicut qui perdit anima pro Christo (pro Christo enim perdit, qui mandato Christi perdit pro grege) in vitam æternā cu-

stodit eam: sic qui Christum negando (negat enim, qui in damnum gregis conticescens, veritatem non fatetur) hic animam seruado, plane pergit perdere. Quanto magis, si subactus meru, verbis etiam neget & deficcat publice! Tales cum Petro non dormiunt, sed cum Petro vigilantes pernegant: sed respiciente eos Christo per eius plerique gratiam delictum illud aliquando fletu salutifero deleturi, si modo respicienti & ad pœnitentiam familiariter inuitanti Christo, verborum eius memorares, & passionem contemplantes, exentesque foras ab his malorum pedicis quæ eos peccatis incluserant, cordis amaritudine & conuersione respondeant. Cæterum si quis usque adeo malicia inualescat, vt non metu veritatem taceat, sed cum Arrio, Arrijque similibus doctrinam falsam vel quæstu turpi, vel ambitione pestilenti prædicet: hic non cum Petro dormit, neque cum Petro denegat, sed cum Iuda scelerato vigilat, Christumque cum Iuda persequitur. Huiusigitur quam sit supra cæteros valde periculosa conditio, Iudæ nimurum docet tristis & horrendus exitus.

At quum sit misericordis Dei nullo fine clausa benignitas, nec isti quidem peccatorum generi venia desperanda est. Multas etiam Iude resipiscendi præbuit ansas Deus. E conuictu suo non eiecit, non Apostolatus admet dignitatem. At neque loculos ei, quam fur erat, abstulit. Ultima in cœna dilectis discipulis traditorem admisit socium. Ad pedes proditoris procumbere dignatus est & sordidos eius pedes sordidissimæ menti summimos manibus suis innocuis et sacro sanctis ablueret. Adhæc incomparabili bonitate sub forma panis edendum præbuit illud ipsum corpus suum, quod proditor iam vendiderat: bibendumque sub vini specie dedit illum Ioan. 13 Matt. 26. guinem, quem traditor interea dum babit, per scelus meditatur effundere.

Postremo vero venientem cum satellitio ad se comprehendendum et osculum offerentem, osculum, inquam proditionis abominande tesseram mansuetus & mitis admisit. Quis non crederet, quiduis horum omnium traditoris animum quantumvis addictum sceleri, ad saniora consilia potuisse flectere? Quin & illud initium pœnitendi, quum se peccasse fateretur, & referret argenteos, quumq; non recipierentur, abijceret, simulque se clamaret traditorem, & sanguinem diceret etiam iustum tradidisse: haecenus profecto Seruato-rem illi Christum crediderim suggestisse, vt fieri posset, hoc est, si proditioni proditor desperationē nō adjiceret, illū etiā ipsum seruaret ab interitu, à quo tā receter ipse tā perfide probabatur ad mortem. Ergo quum tam multis modis Deus ipsius etiam Iude quanquā proditoris ex Apostolo facti, valde tamen se misertum probet, tam sèpe inuitarit ad veniam

Jacob. 5. Etum consilium quum ait: Orate pro inuicem ut saluemini: Si quē videamus à via recta vehementer aberrare , rediturū aliquando in semitam speremus, supplicesque interea sedulo præcemur, vt resipiscendi & Deus ei ansas porrigit, & ille pariter ad hoc iuvante Deo porrētas arripiat autidē, arreptas teneat, & neque per maliciam abiiciat, neque per segniciem miserè patiatur elabi. Dormientes igitur quum iam tertio Christus inuenisset Apostolos, ait

Matt. 26. illis: Quid dormitis? tanquam diceret: Nō est nunc dormiendi tempus, sed vigilandi necessarium tempus est, & orandi, cuius ego rei tā recenter bis modo vos admonui. Qui quū secunda vice dormientes inuenti nesciebant, quid responderent ei, nunc in eadem culpa tā cito deprehensi tertio, quid excusationis idoneę potuissent comminisci? An quod Euagelistā commemorat, eo se poterant excusare, videlicet si dixissent dormire sē p̄ tristitia? At id commemorat quidem Lucas. Verum enim uero non laudat. Tristitiam tamen eorum insinuat suisſe (sicut erat certe) laudabilem. At non vitio tamen somnus inde sequens caruit. Etenī tristitia quę sit eius generis vt magni sit p̄ premij capax, in magnum aliquando malū tēdit, vtq; si nos sic absorbēat, vt eam reddamus inutilem, dum non ad Deum votis & oratione recurrimus consolari petentes ab ipso : sed quadam animi deiecti ac desperantis imagine velut fugientes tristitiae nostrae sensum, solamen aucupamur à somno, neq; tamen, quod venamur, assiquimur somno, consolatione perdita quam vigilibus precibus impetrare potuissimus à Deo, m̄tis anxie molestum pondus sub ipso etiam somno sentimus, pariterq; in tentationes, & diaboli structas insidias oculis clausis impingimus. Christus igitur velut omnem huius dormitantiae defensionem p̄ scindens, Quid dormitis, inquit? Dormite iam & requiescite. Sufficit, surgite, & orate ne intretis in temptationem. Ecce appropinquauit hora. & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce, qui me tradet, prop̄ est. Et adhuc Iesu loquente, ecce Iudas Iscariotis. etc.

Dormitantes Apostolos Christus protinus vt excitauit tertio, ironia non illa quidem leuicula & iocosa, qualibus solent homines daceſ & ociosi ludere, sed seria grauiq; perceluit: Dormite, inquit, iam & requiescite. Sufficit, surgite et orate ne intretis in temptationem. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce qui me tradet, prop̄ est. Et adhuc eo loquente Iudas etc. Enī indulget somnū, vt plane se probet adimere. Nam quum vix dixisset: Dormite, subiunxit illico: Sufficit,

quasi dicat: Non est nunc necesse vt dormiatis diutius. Sufficit enim quod quo maxime tempore vigilare debebatis, haec tenus (etiam me verante) dormitatis. Nunc non modo non dormiēdi tēpus supereſt, sed ne sedēdi quidē. Sed surgendum vobis est illicet, atque orandū vt non intretis in temptationem, per quam cōtingat vobis, vt magno me cum scandalō deferatis. Nam alioqui quod ad somnū attinet, dormite iam & requiescite, per me licebit, videlicet, si potestis. Sed certe non poteritis. Nā aduentant prope, & tantum non adiunt, qui somnum istum oscitantibus vobis excutient. Ecce enim appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, & ecce qui me tradet prope est. Quumq; tam pauca vix eos admoneret, adhuc eo loquente ecce Iudas Iscariotis etc.

Non sum nescius, è viris eruditis & sanctis aliquos expositionem istam non admittere, quam tamen alijs & eruditis simul & sanctis placuisse confitentur. Nec horrent tamen illud ironia genus: quod alij quidam faciūt p̄ij quidem & illi, sed in loquendi figuris, quas ē vulgari sermone sumptas habet in vsu scriptura sacra, non satis exercitati. Nam alioqui tā ſāpe reperirent alibi, vt hoc in loco non posset offendere. Quid enim illa ironia falsius ac facetius, qua beatus apostolus lepide perstringat Corinthios, petēs videlicet veniam, quod eorum neminem sumptu vel impensa grauauerat? Quid est enim quod minus habuistis p̄r cæteris Ecclesijs, nisi quod ego ipse non grauauis vos? Donate mihi hanc iniuriā. **1. Cor. 12** illa ironia fortius aut mordacius, qua prophetā Dei prophetas Baal surdam eius statuā in clamantes irrisit? Clamate (inquit) altius, nam **3. Reg. 18** Deus vester dormit, aut aliquo fortassis pegnatus est. Hæc adferre libuit obiter propter eos, qui pia quadam simplicitate non aduententes in scriptura sacra, vel certe non aduententes visitatas illas passim loquendi formas, dum deflectunt à figura sermonis, à genuino pariter scriptura sensu perquam frequenter aberrant. Cæterum hoc in loco D. Augustinus nō Auguſti. displicere ſibi dicit interpretationem illā, quā attuli, ſed non esse necessariā. Simplicem enim sermonem citra figuram sufficere. Quod vt doceat, eundem locum ſic interpretatur ipſe in eo opere quod ſcripsit de concordia Evangelistarum. Videtur, inquit, hic sermo secundum Matthæum ſibi ipſe esse contrarius. Quo modo enim dixit, Dormite iam & requiescite, quum connectat: Surgite, eamus? Qua velut repugnantia commoti quidam conantur ita pronunciare, quod dictum est: Dormite iam & requiescite, tanquam ab exprobrante, non à permittente ſit dictum. Quod recte fieret, ſi eſet necesse. Quum vero Marcus ita commemorauerit, vt quum dixifet: Dormite iam & requiescite, adiungeret: Sufficit, & deinde inferret: venit hora, ecce tradetur filius hominis **ylique**

E X P O S I T I O

vtiq; intelligitur post illud, quod eis dicitur est: Dormite & requiescite, filiiisse Domini ualiquantum, vt hoc fieret, quod permiserat, & tunc intulisse: Ecce appropinquauit hora. Propter quod secundum Marcum positum est: Sufficit, id est quod iam requieuitis. Acute quidem ista beatissimus Augustinus: vt omnia, verum qui diuersam viam fecuti sunt, his opinor non visum probabile, quod Christus, qui bis iam increpauerat, quod instantे sua captione dormiebant, protinus ubi fugillado dixisset: Quid dormitis, dormiendo tempus indulserit tum praeferim, quum propter quod prius abstinere somno debuerint, id nunc tam prope pro foribus (vt aiunt) ingrueret. Verum utraq; nunc interpretatione proposita sequi fas erit cuique, utram visum fuerit. Ego tantum utramque recensere statui, non item sententiam meam (qui nihil sum) velut arbiter honorarius interponere.

Surgite, & orate vt non intretis in tentationem.

Prius vigilare iussit & orare, nunc ubi bis experti sunt per sedendi segniciem somnum sibi surrepere: aduersus ignavum illum somnolentiae morbum praesentaneum docet remedium, surgere. Quod remedij genus velut ab ipso Seruatore traditum utinam vel interdum per intempestam noctem liberet experi. Hic enim non ilud modo competiremus verum, quod (ut ait Horatius) dimidium facti qui coepit, habet: sed etiam quod qui coepit, licet habet totum. Nam quem aduersus somnum conflicturi sumus, prima coitio semper est acerbita. Itaque non est lucta sensim superandus somnus, sed illecebrosa brachia, quibus nos amplectitur & reclinat, semel impetu diuellenda sunt, nobisque protinus ab eo proruendu. Tum vero, ubi semel somnum desidem, mortis videlicet imaginem reiecerimus: vitae succedit alacritas. Tum si meditationi nos & orationi dederimus, in opaco illo noctis silentio collectus animus longe se capaciorem sentiet consolationis diuinæ: quum diurno strepitum circumfusa negocia, oculos, aures & mentem distrahant & in varia non minus vana quam diuersa dispergunt. Sed o Christe salutifer, quum nonnunquam nobis de re quamplam leuicula, quæ quidem ad mundum pertinet, cogitatio sic interrumpat somnum, ut longo tempore teneat vigiles, ac vix aliquando finat redormiscere: aduersus tam immensam anima procurandam frugem, inter tot dispositas pestilentis hostis infidias, in tanto pericolo non expurgescimus ad orandum, sed somnia speculantes mandragoram indormimus. At illud nobis assidue memorandum est, quod non simpliciter Christus iussit surgere, sed surgentes iussit orare. Neque enim sufficit surgere, nisi surgamus ad bonum. Alioquin enim minus peccet, si quis tempus perderet

ignava somnolentia: quam si tempus per maliciam vigilem sedulo flagitijs impenderet. At nec orare quidem tantum iubet, sed etiam cum orandi necessitate docet quid orare debebat: Orate, inquit, ne intretis in temptationem. Hoc unum iterum atque iterum inculcatum eis: orationem aduersus temptationem vincere esse praesidium, quod quisquis in arcem animæ non admittit, sed somno se dedens excludit, obſiden-
tis eam diabolis satellites, temptationes videlicet malas per inertiam sinit irrumpere. Ter & illos orare verbis monuit: tum ne verbo tantum docuisse videretur, ut simul doceret exemplo, ter orauit & ipse, nimis illud insinuans, orandum esse Trinitatem nobis. Patrem scilicet ingenitum, genitumque ab eo coequalis filium, & utriusque comparē, procedentem ab utroque Spiritum. Ab illis tribus oranda pariter tria: nempe de preteritis veniam, ad tractanda presentia gratiam, & aduersus futura cautelam. Verum haec non segniter & oscitantur orada, sed incessanter & feraude. A quo precandi modo plerique, omnes quam nunc procul absamus, & sua priuatum quemque docet conscientia, & Deum precor ne paulatim publicè minor minorque quotidie proueniens ab oratione fructus ostendat. Veruntamen quoniā paullò iam ante eam partem, quam potui vehementer incubui, ut id genus orationis incessiter, quæ non attentum habet animum, sed mobilem & in multa vagantem, ne immitis in morem chirurgi videat vlcus tam vulgare nimis inclementer attingere, multisque tenerioris animi mortalibus non medicinam adferre, sed dolorem & spem consequendæ salutis adimere: libet è Gersoni malagma proferre, quod leniat. Vtitur enim is ad curandos anima phlegmones anxiōs lenientibus quibusdam rebus, quæ medicinis illis proportione respondeant, quas ad mitigandos corporis dolores Medicis vocant anodyna. Ioannes ergo Gerson vir eruditio eximia, & mitissimus attractator afflictæ conscientiæ, quem aliquos, opinor, videret, quos mentis illa distractio tam valde habuit anxiōs, ut singula subinde verba suarum precum molesta quadam battalogia repeterent, neque tamquam proficerent, interdum etiam tertia vice, quam prima plus sua sibi displiceret oratio, quo fiebat, ut concepto tædio omnem orandi consolationem perderent, aliquibus etiam precandi consuetudinem velut inutilem se precentibus, aut etiam quod verebantur noxiā, reliktūris: homo, inquam, pius quo tam anxiā illis molestiam mitigaret, tria quædam in precondo notauit: actum, virtutem, habitum. Ceterum quo, quid volebat, redderet dilucidius, rem proponit per exemplum eius, qui ad S. Jacobum peregre proficisciit ex Gallia. Nam is interdum & pergit in itinere, & simul fecit de Diuo illo & instituto suo meditatur. Hic totogitum hoc tempore peregrinationem suā dupliciter

pliciter actu cōtinuat, nēpe (vt Gersonis ipsius verbis vtar) cōtinuitate naturae & cōtinuitate moris: naturae, quia actu, hoc est ipsa re versus illum locum progeditur moris: quia versatur eius cogitatio circa peregrinationis suae materiam. Morem enim appellat moralē illam formam, qua proficisciē actu aliquide se indifferens, ex pia profectionis causa perficitur. Interdum vero se promouet in via sua, quum alias res animo versans, neque de sancto, neque de loco quicquam interea cogitat, cogitans fortasse sanctiora veluti de Deo ipso. Iam naturae actu peregrinationem cōtinuat, moris vero non item. Neque enim vt actu pedem promouet, sic actu quoque de causa cogitat, ob quam proficiscitur, vt nec ipsa fortasse de via. Sed quanquam non actu moris peregrinationem suam, moris tamen virtutem cōtinuat. Totum enim hunc actu ambulandi naturalem, pium ab initio prop̄positum tacite concomitans, morali virtute imbuīt & informat, quandoquidem à prima illa voluntate totus hic motus sequitur, sicut ab impulsu primo retracta manu iactus procurrit lapis.

Nonnunquā vero adest actus moris, quum non actu naturae, nempe quoties de peregrinatione cogitat sedens fortasse, non ambulās. Frequenter denique actu vterque subtrahitur: vt pote dum dominus, quum neque naturae actu peregrinus ambulat, neque moris actu quicquam de peregrinatione cogitat, interea tamen virtus moris nullo reiecta proposito remanet & persistit in habitu. Nunquam igitur vere rumpitur hæc peregrinatio, quin habitu saltem perdurēt ac perseveret ad meritum: nisi quum contraria voluntas opponitur, aut peregrinationis deferenda penitus, aut in aliud saltem tempus differenda. Hæc igitur similitudine peregrinationis paria de oratione concludit, eam videlicet, ex quo semel adhibita cum attentione cœpta est, nunquam postea sic interrumpi posse, quin primi propositi virtus maneat ac perduret assidue, actu videlicet aut habitu, quādū nec apposita voluntate desinendi relinquitur, nec opposito mortali peccato perimitur. Hinc citra figuram vllam sermone puro & simpli ci dictum ait illud à Christo: Oportet semper orare & non desicere, vereq; item & simpliciter ad verbum à bonis hominibus impleari. Quam sententiam suam trito illo Doctorum adagio confirmat: Qui bene vivit, semper orat, nempe quod is qui ex Apostoli præscripto omnia facit in gloriam Dei, semel at tente exceptam orationem nunquam post interrupat sic, quominus eius virtus ad meritum, quanquam non actu, habitu tamen permaneat.

Hæc vir eruditissimus idéque optimus Ioannes Gerson in eo tradit opusculo, quod de oratione & eius valore compositus: sed ita ta-

men tradit, vt eis ista velit esse solatio, qui minus auxiè tristantur quod inter orandum animus auferatur incautis, quum sedulè conentur attendere, non vt alij falsa sibi persuasione blandiantur, quasi tuti sint, quum cogitare de precibus secura supinitate non curant. Nam quum tantam rem tam negligenter agimus, preces quidem dicimus, sed non precamur, neque (quod ante dixi) Deum nobis reddimus propitium, sed iratum procul auertimus. Siquidem quis miretur, si indiginetur Deus, quum tam contemptim se ab homuncione cernit appellari? Quomodo enim Deum non adit & appellat contemptim, qui Deo dicit: Exaudi Deus orationē meā, quum animo interim in alias res inanes & nugaces, atq; vtinam non interdū impias auero, suam ipse vocem non exaudiat: sed dictatas preces vñ tritas inscius & ignarus immurmurans (vt ait Maro) dat sine mente sonum. Itaque sic plerumque dicta oratione discedimus: vt alia oratione protinus egeamus, qua de prioris oscitantia preceum veniam. Christus igitur quum Apostolis diceret: Surgite & orate, ne intretis in tentationē, vt ostenderet non sufficere somnolentam orationem ac tepidam admonuit ilico, quantum impendebat periculi: Ecce (inquit) appropinquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, perinde ac si diceret: prædixi vobis ab uno vestrum me tradendum, exhorruistis ad verbum. Prædixi Satanam vos, vt velut triticum cribraret, expetere, illud oscitanter audistis, neque enim respondistis quicquam, tanquam eius tentatio parū formidolosa foret. Ego, vt quum non contemnenda res esset tētatio sentiretis, prædixi fore, vt omnes in me scandalum patreremini. Omnes hoc futurū negastis, ei qui id negauit maxime, prædixi fore, vt priusquā cantaret Gallus, ipse me ter negaret. Institit affirmare non futurū, seq; moriturum mecum potius, quam me negaturum. Similiter & omnes dixistis. Ego, ne temptationē rem tam leuem duceretis, iterum atq; iterum vos vigilare iussi, & orare ne in temptationem intraretis, & vos tam procul tamen ab aestimanda temptationis violentia semper absuflis, vt nec orare aduersus eam nec vigilare curaueritis, animati fortasse inde ad contemnendas Diabolicae temptationis vires, quod quū ego vos pridē emisi sem binos & binos ad prædicādā fidē, redeutes renūciasti mihi, etiā dæmonū natura simul et vestra penitus est nota quā vobis, quippe qui vtrāmq; condidi: vos è vestigio monui, ne in tali vanitate gloriaremī, quū illā subiectionē dæmonū neq; vestre vires effecerint, & aliorū causa, qui vērendi ad fidem erant, ipse fecissem, non vestra: sed solido potius gaudio gloriaremī, quod nomina vestra scripta sint in libro vitæ. Hoc enim ad vos in solidum pertinere, quod illud gaudium semel assecuti

E X P O S I T I O

non adnitentibus aduersus vos dæmonū pha-
langis omnibus vñquam possitis amittere. Sed
vobis tamen aduersus eos exercita tum potes-
tas sic erexit animos: vt eorum tentationes
videamini tanquam res parui momenti con-
temnere. Haec tenus igitur ad eas, quanquā im-
pensurum prædixi hac ipsa nocte periculum,
tamen velut è longinquō spectasti. Nunc ve-
ro vos admoneo, non ipsam tantum noctem,
sed & ipsam etiam horam adesse. Nam ecce, ap-
propinquauit hora, & filius hominis tradetur
in manus peccatorum. Nunc ergo non est amplius sedendi & dormiendo locus, sed vigilādi
necessitas & orādi vix momētu reliquū. Nūc
igitur nō vt in re futura prædico, sed in re pre-
senti protinus vobis edico. Surgite eamus: ec-
ce, qui me tradet, prope est. Si vigilare nō vul-
tis vt possitis orare, surgite saltem & abite pro-
pere, ne non contingat euadere. Nam ecce,
qui me tradet prope est. Nisi fortassis ideo potius dixit: Surgite, eamus, non vt timide fugerent: sed vt fiderent occurrerent. Sic enim fe-
cit ipse. Siquidem non in diuersam partem se
diuertit retro, sed simul secū dicto, viā ad se gla-
diatorio animo affectantibus vltro offert ob-
uium. Talia adhuc loquente Iesu, ecce Iudas
Scariothis vñus ex duodecim, & cum eo tur-
ba multa cum gladijs & fustibus missi à princi-
pibus sacerdotum & Scribis & senioribus po-
puli. Etsi nihil potest esse validius ad salu-
tem, & Christiano pectori quodque virtutum
genus inferendum, quam si quis pio cum affe-
ctu seriem passionis Christi meditetur: fecerit
tamen haud insalubriter qui tēporis illius hi-
storiam de dormientibus discipulis, quum tra-
deretur filius hominis, ad imaginem ac myste-
rium temporis futuri transtulerit. Etenim
Christus ad redimendum hominem vere fa-
ctus est filius hominis, nempe quanquam sine
virili semine conceptus, vere tamen à primis
propagatus hominibus, eoque veraciter filius
Adæ: vt ipsius posteritatem, parentum culpa
perditam, & misericordis abiectionem, in plus-
quam pristinam felicitatem sua passione re-
poneret. Hanc ob rem, quum esset Deus, assi-
due tamen se (quod erat verus homo) filium
vocabat hominis: assidue videlicet nobis insi-
nuans mortis sua beneficium, eius naturæ cō-
memoratione, que sola mori potuit. Siquidē,
quanquam moriebatur Deus, eo moriente
qui erat Deus: non tamen subiit mortem eius
Deitas, sed duntaxat humanitas, imo corpus
tantum, si naturæ potius vim, quā vocis vñsum
perpendamus. Mori namq; dicitur homo, quū
anima corpus relinquit mortuum, immortalis
ipsa digrediens. Cæterum quando non tan-
tum naturæ nostræ vocabulo delestatus est,
sed & naturam nostram ei collibitus est pro
nostra salute sumere, postremo vero vniuer-
sos nos, quos sacramentis salutaribus et fide re-
genuit, velut in vnius corporis compaginem
adglutinare sibi, suorū etiam nominum parti-

cipatione dignatus (sic enim fideles omnes &
Deos scripture vocat & Christos) non absur-
de nos facturos putē, si toties timeamus tem-
pus appropinquare, quo filius hominis Chri-
stus tradetur in manus peccatorum: quoties
cōspiccamur imminere periculum, ne in manus
impiorū hominū corpus Christi mysticū, Ec-
clesia Christi, Christianus videlicet populus
pessundetur, quam rem nullo iamdiu saeculo
(proh dolor) alicunde non videmus accide-
re, dum alias alibi, partes alias truculentī Tur-
cæ Christianæ ditionis inuadunt, alias intelli-
no dissidio multiplices hæreticorum sectæ di-
lacerant. Talia ergo vbi cunque videmus, aut
quantumuis procul audimus exoriri: cogite-
mus non esse nobis desiderandi tempus & dor-
mieri, sed surgendum esse protinus, & quo
modo possumus, si minus aliter, precibus sal-
tem nostris aliorum periculo succurrendum.
Nec enim segniter accipienda res est, quia lon-
gius absit à nobis. Quippe si poetæ Comici
valde illa probatur oratio: homo quum sim,
humanī nihil à me alienum puto: quo nō dig-
num vituperio fuerit, Christianos ad pericula
Christianorum stertere? Itaque Christus, vt
istud insinuaret nobis, nos eos tantum quos
collocarat proprius, sed & illos quoq; quos lō-
gius fecit subtiltere, vigilare similiter monuit
& orare. Quin si nos aliorum mala, quod ab-
sint longius, nihil fortasse commoueant: com-
moueat saltem nostrū ipsorum periculum.
Siquidem habemus metuere, ne pernicies ab
illis viam sibi struat ad nos, nempe multis ex-
emplis edo eti quanta sit vis rapidè se proru-
entis incendij, & prouolantis pestilentiae quam
formidolosa cōtagio. Quū igitur inane sit hu-
manū omne præsidium absq; malorū depulsore
Deo, huius Euangelici verbi semper memine-
rimus, semperq; putemus Christum ipsum suū
nobis verba rursus ingerere: Quid dormitis?
Surgite & orate ne intretis in temptationem.

Occurrit hic nobis & aliud, quod tū quoq;
traditur Christus in manus peccatorū, quum
sacrosanctum eius corpus in sacramento con-
secratur, & attrectatur ab incestis, flagitiis,
& sacrilegii sacerdotibus. Talia quum vide-
mus accidere (accidunt heu nimium sēpe) ab
ipso nobis Christo rursum putemus hoc dici:
Quid dormitis? Vigilate, surgite, & orate ne
intretis in temptationem, nam filius hominis
traditur in manus peccatorum. Etenim ab
exemplis malorum sacerdotum, vitorum la-
bes facile dimanat in populum, quantoq; mi-
nus iij idonei sunt ad impetrandam gratiā, ad
quos vigilādi & orādi pro populo spectat of-
ficiū: tāto nimirū magis opus habet popūlū vt
vigilat, surgat & impēsius oret ipse pro se: nec
pro se tantum, sed & pro presbyteris eiusmo-
di. Nam ex magno populi bono fuerit, sacer-
dotes malos fieri meliores.

Denique peculiari quodam modo tradi-
tur Christus in manus peccatorum apud eius
sectæ

Eucha-
ristia.

sectę populos, qui quū venerabile sacramentū Eucharistię & recipiūt sēpius & sancti videri volūt honorare, quia cōtra morē publicū sine villa necessitate, sed nō absq; magna ecclesię catholice cōtumelia recipiunt sub vtrq; specie, receptum tamē sub honoris specie blasphemāt dum & verū alij panē & vinū verū appellant, alij (quod immanē deteri⁹ est) nō modo panē & vinū verū, sed etiā merū vocant. Nā verum Christi corpus, cuiusid appellat nomine, cōtineri in sacramēto pnegāt. Quā rē quū iā tandem facere instituunt cōtra scripturas aperiſſimās cōtra sanctorū omniū interpretationes planifimās, cōtra totius Ecclesię tot seculorum fidē constantiſſimām, contra tot miraculorum milibus testatiſſimām veritatem, qui posteriore isto infidelitatis genere laborant, & ē duobus longe deteriore: quātulum precor ab illis abſunt, qui Christū iusta nocte ceperunt? quātulum ab illis Pilati satellitibus, qui per ludibriū genua corā Christō fleſtentes velut honorem deferētes insultabant appellantes eum Iudeorum regē, ut illi flexis genibus Eucharistiā vocant corpus Christi, quod se fatetur nihil magis credere, quam Pilati nūlites Christum cēdiderunt regem. Quoties igitur audimus eiusmodi mala populis alijs quantumuis procul diſſitis accidere: Christum protinus nobis putemus ingerere: Quid dormitis? surgite & orate ne intretis in tentationem. Siquidem vbi cunq; hodie peltis illa deſequit acerbissimē, non vniuersos vna die morbus arripuit: sed mora ſenſim inuaſeſcente contagio, dum ij quoq; qui initio abominātur, post audire ſuſtinentes aspernāntur ſegnius, deinde prauas confabulationes ferunt, poſt & auferuntur, Cancri in morem (vt ait Apostolus) ſerpens morbus totam poſtremo patriam occupat. Vigilemus ergo, ſurgamus & oremus aliſſide, & vt illi reſipiscat propere, quoquot ad hunc modū miſerè Satanae deceptiōne deſipiunt: & nos ne patiatur vñquam Deus in eiusmodi geniū tētationis intrare, néve Diabolū vñquā ſinat ad litora noſta procellas iſtiſus ſuę tempeſtatis obuoluerē. Sed haec tenus in haec mysteria digreſſi, redeamus nunc ad historiam.

Iudas ergo, quim accepitſet cohortem à Pontificib⁹, & à Phariseis miniftriſ, venit illuc cū Laterinis et facibus. Et adhuc Iefu loquēt̄, ecce, Iudas Scarioth vñus ex duodecim, & cū eo turba multa cū gladijs & fusiſ ibiſi à principib⁹ ſacerdoti⁹ & Scribi⁹ & Seniorib⁹ populi. Dederat autem traditor eis ſignum.

Cohortē, quam Euangeliſtē commemorat proditori traditam à Pontificib⁹, ego Roma nā cēdiderim Pōtificib⁹ à Pilato permiffam, cui cohorti ſuo ipſorum miniftriſ Pharisei, Scribi & populi Senioriſ adiunxerant, aut nō ſatis fidentes P̄fidiſ militib⁹, aut etiā iuuantes numero, ne quo ſubitario tumultu per noctē exorto Christus eriperetur aut (quod

illi fortassis affectabant præterea) vt nullo pertenebras elabente, cuncti pariter Aſtoli cōprehenderentur. Cuius propositi ne compotes eſtē poſſent, eius ipſius fecit potentia: qui ideo captus est ipſe, quia ſolus apprehendi voluit. Fumidas accendūt faces & lucis malignae lucernas, quibus illuſtrem iuſtitiæ ſolem poſſent per tenebras peccatorum cernere: non vt ab illius illuminarentur lumine, qui illuminat omnem hominem veniētem in hunc mundum: ſed vt æternum lumen eius quod obſcurari non poſteſt, extinguerent: miſſi videlicet ſimiles mittentiū, qui prōpter traditioñes ſuas obruerant laborabant legem Dei.

Quorum per vestigia Chriſtū etiamē persequuntur illi, quicunq; in ſuam gloriam ſtagunt diuinę gloriæ ſplendorē obū brare. Sed dignū eſt hoc loco diligēter aduertere aſſidue ſe vertentē humanařū rerum vicifſitudinem. Nam non toti iā ſex dies præterierant, ex quo & gentes ob insignia Christi miracula cum tanta vite ſanctitate iuncta Chriſtū cupiebant aspicere. Iudei vero adequitantem Hieroſolymam mirum quam reuerenter exceperint. At nunc Gentibus Iudei iuncti tanquam latronē veniunt comprehēſuri, idq; nō comitemodo, ſed duce quoq; Gētib⁹ & Iudeis omnibus deteriore, luda. Qua ex re prebēdū curauit in ſua morte Chriſtus documētum iſtud oībus inſigne mortalibus, ne quisquā ſtabilem promittat ſibi neſciā ſtare fortunā, ne christianus p̄ſerit vllus ambiat (quippe qui cœlū ſperat) huius mundi dēpueſdam gloriam. Authores mittendæ contra Chriſtū turbæ ſacerdotes erant, imo ſacerdotum principes, Pharisei, Scribæ & ſeniores populi. Siquidem vt quod ſue natura eſt optimum, ita cū ſe mel coepit in diuerſum tendere, euadit tādem p̄fimū. Sic Lucifer inter ecleſtēs Angelos à Deo creatus eximiū, vbi ſe ſuperbiq; corrumpendum dedit: factus eſt dēmonū deterrimus. Sic non vulgi ſex, ſed Seniores populi, Scribæ Pharisei, ſacerdotes & Pōtifices ſacerdotum principes, ad quorum ſpectabat officium, vt iuſtitiam curarent, & Dei negocium promouerent: ij potiſſimum conſpirarunt in vnum, vt iuſtitiæ ſolem extinguerent, & vni- genitum Dei filium perimerent, eo vefaniæ transuersos egit Auaritia, Faſtus, Inuidia. At hoc non tranſeunter aspiciendum eſt, ſed cōtemplandum ſedulō quod Iudas, qui frequenter alijs nomine traditoris infamatur, hic apōſtolatus quoq; titulo ſublimi traducitur: Ecce (inquit) Iudas Scarioth vñus ex duodecim Iudas Scarioth non vñus ex infidelibus Aethnici, non vñus ex Iudeis hoſtibus, non vñus, ex diſcipulis Chriſtī gregarij (quod iſum tamen quis potuifſet credere (fed vñus (proh pudor) ex Chriſto leſtis Apōſtolis Dominum ſuſtinet tradere capiendum & ipſe fieri capti- torum Dux.

Habēt hoc loco, quod diſcāt oēs qui ſingūtūr

Y magi-

E X P O S I T I O

magistratibus, quū solennibus appellantur titulis, nō habere semper, vnde gloriētur & sibi placeat: sed ita demū tales titulos vere decoros esse, si sibi sit cōscius animus tā honorifico nomini recte administratis officijs ipsa re se respondere. Nā alio qui possint (nisi verborū inani tinnitū delectētur) magno pudore suffundi quū certō sibi persuadere debeat, quicūq; sunt in excelsō siti, sint Magnates, Principes, Satrapæ, Cæsares, Sacerdotes, Episcopi, modo sint ijdē improbi: quoties homines splēdidos officiorū titulos apud aures eorū pruriētes occinūt, nō id ex animo agere, vt vere honorē deferat, sed vt licēter, per laudandi speciē, honores illaudatē gestos exprobret. Siquidē & euāgeliū quū Iudam suo celebrat apostolatus titulo dū ait: Iudas Scarioth vnum ex duodecim, quām procul interim ab animo laudandi fuerit, declarat illud, quod pariter post appellat traditorē Dederat (inquit) traditor eis signū dicens: Quēcunq; osculatus fuero, ipse est: tenete eū. Hic quāri solet, quid causē fuerit, vt necesse esset signū turbaz à traditore dari, quo dignosceretur Iesus. Ad id respondēt quidā, ideo cōuentū de signo: quia Christus ante non semel inter manus conantium apprehendere subito subterfugerat. At quū id facere solebat interdiu inter manus noscentiū, nimirū vi diuinitatis suaz vel ab oculis eorum disparsens, vel per mediū attoritorū transīs: datum noscēdi signū aduersus hoc effugī vslui esse nō poterat.

Galat. 2. Sunt igitur qui dicant, alterū ex Iacobis Christo fuisse tā similē (quē & ideo vocatū volunt fratrē domini) vt nisi diligenter contuentibus internosci nō possent. Sed quū vtrumq; possent cōprehendere, vtrumq; secū ducere, vbi post noscitare per oculū cominus comparando possent: quā necessitas erat sollicitos esse de signo? Erat (vt ex Euangelio patet) adulta nox, & quanquam appetebat diei crepusculū, erat adhuc tamen nox, & tenebras fuisse declarant faces & laterne quas adferebant: quarum lux efficiebat, magis vt īp̄si longe cernerentur quām vt alios procul se cernerent. Et quāquā plenā lunā beneficio nox esset fortassis sublustris hastenus tamē id valere potuit: vt corporum longius molem cernerent, non ad hoc etiam, vt lineamenta complecterentur oculis, et aliū ab alio dignosceret. Ergo si temere prouolantes, vt par... omnes prenderent, in incertum quisq; decurreret, merito metuebant, ne (vt plerumq; accidit) ex tam multis aliqui fortassis effugerent, & in ijsipse, propter quē potissimum venerant. Solent enim, qui maxime sunt in discriminē, celerrime sibi p̄spicere.

Matt. 27. Igitur siue hoc excogitarunt illi, siue Iudas ipse suggesterat: sic disponuntur insidiæ vt traditor antecederet, cuius complexu & osculo notaretur dominus, vt quum in eum vnum cuncti fixissent oculos, in illum pariter omnes inijecerent manus, post, si quis effugeret alias, minus esset periculi.

Dederat ergo traditor eis signum dicens: Quēcunq; osculatus fuero, ipse est: tenete eū, & ducite caute.

En quo prorumpit avaricia. Non tibi satis erat scelerate proditor dominum tuū, qui te in fastigū apostolatus exerat, in manus hominum nefariorum per osculi signū tradere, nisi præterea tā sollicitus es, vt duceretur caute, ne c. ptus posset euadere? Tu conductus es vt traderes, alij missi qui prenderent, qui custodirent, qui susterent in iudicium. At tu quasi in tua parte non sat sceleris es, nisi tū quoq; te immisces officijs, & quasi non satis eis demandassent rem sceleri Magistratus, qui mittebat: te videlicet opus erat homine circumspecto, qui cōmoneres & adderes mandata de tuo vt captū ducerēt caute. An metuebas, ne quū tui sceleris officio, tradito sicutijs Christo, abunde functus es: tamē, si qua sic cessarent milites, vt Christus aut elaberetur incautis, aut vi eriperetur inuitis: argentei tui triginta, nepharij sceleris præclara merces scilicet, nō persolverentur. Persolverentur haud dubie. Verum haudquaquam nunc tam cupidē anhelas accipere, quām quum acceperis audē properabis abiicere. Interē facinus acerbū Domino, mortiferum tibi, multis salutare perficies.

Antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum. Et quum venisset, statim accessit ad eum, & ait: Rabbi, aue Rabbi, & osculatus est eū. Dixit ei Iesus: A nice, ad quid venisti? Iuda, osculum hominis tradis?

Tamē si Iudas vere secundum historiæ seriem turbam antecedebat, significat tamen etiam spiritualiter, inter ciuidē peccati participes, qui plurimas habet causas abstinenti, is apud Deum censetur scelere cæteros omnes antecedere. Et appropinquauit ei, vt oscularetur eum. Et quum venisset, statim accessit ad eum, & ait Rabbi, aue Rabbi, & osculatus est eum. Sic appropinquant ad Christum, sic saluant, sic Rabbi vocant, sic osculantur, quicūq; se Christi fingunt discipulos, & nomine doctrinam eius profitentes, ipsa re moliuntur versuīs & technis euertere. Rabbi nomine sic saluant Christum: qui magistrum eum vocat, & eius præcepta contemnunt. Sic osculantur sacerdotes illi, qui sacrosanctum Christi corpus consecrant: dein Christi membra Christianas animas doctrina falsa & flagitiorum exemplis interficiunt. Sic saluant, sic osculantur Christum, qui se haberit pro bonis & pijs postulant, quod contra diurnam Christianorum omnium morem & consuetudinem: nunc tandem sancti scilicet absq; necessitate, sed non absque totius Ecclesiæ catholicæ contumelia, eoque non sine graui scelere malorum suaus sacerdotum Laici sacrū Christi corpus & sanguinem sub vtraq; specie non solum sumunt ipsi (quāres vtcunq; posset ferri) sed vniuersos dānant, qui rem vtramq; sumunt specie tātum sub altera, hoc

tera, hoc est, præter scipios, Christianos vbiq; tot per annos, omnes. Et tamē quū vtrāq; specie litigat necessariā laicis, iē ipsam corpus videlicet & sanguinē ex vtrāq; specie pleriq; tā Laici quā sacerdotes eliminant, seruātes tantū corporis sanguinisq; vocabula; non dissimiles hac sanē parte Pilati satellitibus, qui per ludi-briū flexis genibus Christū salutāt regē ludo-rū. Nam & isti ad eundē modū genua venerabundi flectētes Eucharistiū Christi corpus appellan̄ & sanguinē quā nihil magis alterutrū esse credāt, quam milites credebāt regē. Hi nimirū oēs, quos recēsui, in falutatione & osculo cū proditione cōiūcto referū profectō nobis traditorē ludiā. Ceterum vt isti representant præteritum, sic Ioab olim in figura prædicabat futurum, qui 2. Reg. 20 quū sic salutaret Amasam: Salve mi frater, & manu dextra mē-tum Amasae demulceret tanquā osculaturus, clāculum educēs in obseruatum gladium trā-foso latere vno iētu eum interemis, similiq; dolo pridē occiderat Abner, postea vero (vt par erat) perēptus ipse nefarię fraudis meritas pœnas dedit. Ioab ergo refert & repræsentat Iudas, siue personā spectes, siue sceleratā fraude, siue vindictam Dei & vtriusq; infelicē exi-tum: nisi quod Iudas omni ex parte Ioab supe-rabat. Ioab vir magnus erat apud principem suum, Iudas longe maior apud maiorem. Ioab occidit Amasam amicū, sed Iudas amicorē lesum, adde quod etiam Dominum. Ioab inui-dia stimulatus & ambitione, quod Amasam si-bi apud regē prælatum fore audierat. Iudas ve-ro miserē mercedis avaritia pellestus, argēteis paucis mundi dominum in mortem prodidit. Quanto igitur Ioab anteceillebat scelere, tan-to euasit etiā vindictæ genere miferior. Ioab enim occisus est ab alio, Iudas infelicissimus sua manu laqueo suspendit se. Ceterum in fraudis pectora forma belle inter se Ioab & Iuda scelerā conueniunt. Siquidem vt Ioab Amasam compellans cōmiter velut oscula-turus interimit: ita Iudas Christum adit blan-de, salutat reuerenter, amanter osculatur, nec aliud interim furcifer quicquam meditatur se-cum, quām dominum morti tradere. At non sicut Ioab Amasam, sic Iudas Christum potuit blandiendo fallere. Excipit adeuntē, auscultat salutantem, non repellit osculantē, & scelerā proditionis gnarus, ita se tamen aliquādiu ges-fit, tanquam omniū prorsus esset incius. Quid ita? an vt nos simulare doceret ac dissimulare, humanaq; vafricie fraudē fraude fallere? Mi-nime, sed vt doceret potius iniurias omnes & perfidē strētas fraudes patienter & mansuetē perpeti, non excandescere, non studere vin-dictæ, non ingētis cōtra coruījs animo mo-rē gerere, non ex inimico per technam luso va-nam voluptatem capere: sed cōtra falsam frau-dem vera virtute tēdere, malum in bono vin-cere, deniq; verbis mitibus acribusq; conari, op-portunēq; & importune instare vt mali mutē-

2. Reg. 20

tur in bonos, vt si quis morbo laboret imme-dicabili nostram non incuset incuriam, sed suę peltis immanitati imputet. Christus igitur me-dicus pientissimus vtramq; medendi métho-dum experitur, & primum præmittens mitia, Amice (inquit) ad quid venisti? Proditor ad amici nomen animo pep̄edit ambiguo. Siquidē sui sibi sceleris conscius verebatur ne sub amici nomine grauiter reprobareret Christus hostilem eius inimicitiam. Contrā tamen (vt flagitia fere latendi spē semper blandiuntur si-bi) sperabat cœcus amentia (quāq; expertus spē cogitationes hominū Christo patere per-spicias & ipsius quoq; proditio attacta fuisset in cœna) sperabat, inquā, demēs & oblitus om-niū, facin' suū Christū tamē fecellisse. At quo-niā nihil ei poterat esse magis pestiferū, quā si tali spē frustra lactaretur (nēq; enī aliud quid-quā validius cōuersione eius potuit aduersari) diutius eum duci falsa fallēdi spē Christus pro sua bonitate nō patitur, sed grauiter adiungit protinus. Iuda osculo filium hominis tradis? Nomine suo cōpellat, quo solebat, nimirum vt veteris amicitiæ recordatio animum prodito-ris molliret ad pœnitentiam. Traditionē eius apertē reprobat, ne quum latere crederet, cō-fiteri pudesceret. Adhac sceleratam traditoris hypocrismus suggillat: Osculo (inquit) filiū ho-minis tradis? Inter omnes scelerum circum-stantias nullam facile reperias, quæ magis sit inuisa Deo: quām quum genuinas rerum bo-narum naturas in malitia nostra instrumenta peruerimus. Sic odibile Deo mendacium, quod verba, quæ sunt ad explicandos animi sensus ordinata, per fraudulentias in diuer-sum vertimus. Hoc mali genere grauiter of-fendit Deum, si quis leges ad iniuriam pro-pulsandam nata transferat ad inferendam. Christus igitur hunc peccandi modum dete-stabilem acriter improperat Iudæ. Iuda (in-quit) osculo filium hominis tradis? Aut ta-lē te præbe, qualis videri vis: aut qualis es, talē te apertus ostende. Siquidem qui sub amici persona peragit inimicum facinus: sce-lus scelerus conduplicat. An ergo non satis tibi Iuda fuit, quod tradis filium hominis? ve-re, inquā, filium illius hominis, per quē homi-nes omnes perierant, nisi hic filius hominis, quem tute putas perdere, seruari volentes redimeret. Hunc, inquam, filium hominis non sat est tibi tradere, nisi etiam tradas ol-culo? videlicet in proditionem vertens sacro-sanctum charitatis symbolum. Æquior certē sum in turbam istam, quæ per apertā vim in me grallantur: quām in te Iuda, qui grallatori-bus falso me tradis osculo.

Christus igitur quū videret nullum in pro-ditore signum pœnitentiae, volens ostenderē quanto vellet libertius cum apertis hostibus, quām in inico clanculario colloqui, simulque vt apertū proditori faceret impia eius machi-namēta cuncta se floccis facere. Itatim se auerit

Y ij ab illo

E X P O S I T I O

ab illo atq; ad armatam turmam inermis afferat viam. Sic enim ait euangelium.

- Matt. 27. *Iesus itaq; sciens omnia, que ventura erant super eū, proceſit & dixit eis: Quā queritis? Respon- derūt ei, Iesum Nazarenū. Dixit eis Iesus. Ego sum. Stabat autē & Iudas, qui tradidit eū, cū iphis. Vt ergo dixit eis Iesus. Ego sum: abierunt retrorsum et ce- ciderunt in terram.*

O salutifer Christe, tu tā nuper tā timidus, quī te proſternēs in faciē tā lachrymabilis mo- do cū ſudore ſanguineo precabarī patrē vt ca- licē paſſionis auferret: nūc vice verā tā ſubito velut Gygas ad currēndā viā exilis & exultas, & te quārentibus ad paſſionē alacer occurris obuius? Querere te fatētibus, & eſſe te neſciē- tibus vltro temet indicas? Huc, huc adcurrāt omnes puſillanimes: hic indubię ſpeianſam ap- prehendāt, quū ſe ſentiūt mortuī horrore con- cuti. Nā vti tunc agonē ferūt cū Christo, vtcū illo pauent, mōrent, anxiū triftantur & ſudant (precētūr modo & in oratione perſiſtāt, tum voluntati diuīnē toto ſe corde ſubmittāt) ſen- tient haud dubie, ſentīt huius quoq; conſola- tionis auxiliū, & Christi ſpiritu ſic recreabū- tur: vt terrei cordis veterem faciē cœleſti rōre ſentiāt renouari, & per immiſſum crucis Chri- ſti lignū in aquā doloris ſui, amara dudu mortis memoria dulcifet, mōrori ſuccedet alacri- tas, animi robur et fortitudo formidini, mortē deniq; quā horrefebat, appetent, viuere triste- duentes, et mori lucrum, diſſoluī cupientes et eſſe cum Christo. Christus igitur cominus ag- gressus turbam interrogat:

Quem queritis? Responderunt: Iesum Nazarenum. Stabat autē & Iudas, qui tradidit eū, cū iphis. Et dixit eis Iesus: Ego sum. Vt ergo dixit eis Iesus, Ego sum: abierunt retrorsum & ceciderunt in terram.

Si quid pridē apud cuiusquā animū, Christi paupor & anxietas exiſtimationē eius imminuerat: neceſſe eſt id nūc viſiſſim viriliſ hēc for- titudo reponat, qua totū armatorū globū adit imperterritus & certus occidiſ ſciebat enī om- nia, quę ventura erant ſuper eū) quū illi neſci- ret quis eſſet, ipſe ſcelestis prodit, & crudeliter maſtantā vltroneā offert viſtimam. Atq; iſta quidē tā ſubita, tā diuersa mutatio merito fue- rit in veneranda eius humanitatē r̄iabilis. At qualem quātamq; neceſſe eſt opinionem exiſti- nationemq; de eo fideliū omniū peccatoribus in generet per hominīs imbecillū corpus tam mirabiliter emicans vigor diuīnē potentiae. Nā vnde illud quod congreſſientem cominus quārētiū nemo cognouit? In rēplo docuerat, numulariorū menſas euerterat, numularios iſpos eiecerat, in publico verſatus fuerat, Pha- riſeos cofutauerat, Saducæis ſatisficerat, Scri- bas redarguerat, Herodianorū militū queſtio- nem captiosam prudente reſpoſo deluſerat, panibus quinq; ſeptē hominū milia pauerat, zegrotos fanauerat, reſuſcitarat mortuos, om-

ni hominū generi ſe p̄eſuerat Phariſeis, Pub- licaniſ, diuitiibus, pauperibus, iuſtis, peccatori- bus, Iudeis, Samaritanis & Gētibus: & nūc ex tota hac turba tanta nemo erat, qui cōpellan- tē cominus vultu vocē cognosceret, tanquā qui eos miserāt, ſedulō dediſſent operā, ne quē illuc mitterent, qui, quē tum quārebañt, anteā vñquā viderat. Non ſaltē ex cōgressu Iude, nō ex amplexu & oſculi ſigno dato quisquā Chri- ſtū notauerat? Quin ipſe traditor, qui tū ſimul ſtabat cū eis, quem tā nuper oſculo notandum prodiſit, ipſe tam ſubito noſcere iā dediſcit? Vnde igitur emerſit hoc miraculū? Inde ni- rum prodij, quod nullus eum potuit noſcere vnde & illud paulo poſt, quod eū, quoad ipſe ſe reuelarat, nec Maria Magdalene cōſpiciens nec ex duobus diſcipulis vterq; cum eo collo- quēs alteruter nouit quis eſſet: ſed hi peregrinum quempiam, illa putauit hortulanum. De- niq; ſi viſ ſcire vnde venerit, vt cōgreſſientem nemo valuerit noſcere, inde veniſſe non dubi- tes, vnde veniſſe vides & illud, quod illo lo- quente nullus valuit ſtarē.

Vt autē dixit Iesus, ego sum: abierunt retror- sum, & ceciderunt in terram.

Hic ſe declarauit Christus vere eſſe illud ver- bū Dei, quod acutius penetrat omni gladio. Matt. 16. ancipiſti. Etenim fulmen ferunt eius eſſe na- rā, vt illæſa vagina gladiū liquefaciat. Christi certe ſola vox illæſis iſtorum corporibus ſic li- quefecit animas: vt vires ad ſuſtinenda mem- bra non reliquerit.

Cōmemorat hic Euāgelista, quod Iudas ſimul ſtabat cum eis. Nam quū audiſſet aperte ſibi traditionem ſuā exprobrare Iesum ſine pu- dore cōfufus, ſine timore perterritus (nouerat enim Petri prōptitudinē) protinus retulit pe- dē, ſeq; recepit ad ſuos. Hunc igitur euāgelista cōmemorat ſimul ſtetisse cū illis, vt intellige- remus cū illis etiā pariter cecidiſſe. Et erat qui- dem Iudas eiusmodi, vt nemo eſſet in tota tur- ba deterior, neq; dignior qui proſterneretur: ſed voluit Euāgelista cunētos in cōmuni cō- monitos, ſedulō cuiq; cauendū, quibuscū ver- ſarēt: periculum enim fore, ne, ſi cum malis ſtationem ſuam ponat, cū malis ſimul & cor- ruat. Siquidem raro contingit, vt qui ſe ſtolide in puppim laceram cum naufragaturis collo- cat: cāteris absorptis pelago viuus euadat in terrā Nemo, opinor, dubitat, quin is, qui cunētos valuit vno verbo ſternere: facile potuit pariter tam fortiter omnes allidere, vt nullus vñquā posset reſurgere. At Christus qui ideo ſtrauit, vt ſcirent nihil ſe in eum poſſe, quod nollet pati, rursus permifit ſurgere, vt facerēt, quod volait ferre.

Igitur quū ſurrexiſſent, iterū interrogauit eos: Quā queritis? Illi autē dixerunt: Iesum Nazarenū. Vel hic quis nō videt Christi ſic occurſu pe- culios, ſic attonitos & ſtupefactos eſſe: vt vix vi- deātur apud ſe māſſe, ſiq; dē ſatiſſcire poterāt neminem

nem id noctis eo loci reperturos se: qui nō aut ex comitatu suo, aut amicus esset Christi, qui quouis eos esset missurus potius, quā dueturus ad Iesum. Et tamen totius rei cardinē, quam (quoad effeciscent) sedulō cælatam oportuit: apud occurrēt subito, qui neq; quis esset sciebat, neq; cur illud quereret, protinus effutint stolidē. Nam simul ac rogauit, Quē quæreritis: responderunt Iesum Nazarenū. Respondit Iesus. Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me quæratis, finite hos abire. Quasi dicit. Si me quæratis, cur vos agressum & memet fatente cognitum illico nō cōprehenditis? Certe quia tantū abest, vt in uitum valeatis capere, vt (quod cadēdo retrorsum didicistis) ne cōsistere quidem me tantū loquente positis. Sed nunc, si tam cito estis obliiti, iterū redigo vobis in memoriā quod Iesus Nazarenus ego sum. Siergo me quæratis, finite hos abire. Quod ait Christus. Sinite hos abire, non esse rogantis: satis (opinor) prosterendo docuit. Verū interdū accidit, vt qui magnum aliquid facinus meditantur, simplici non contenti scelere, plura soleat, quā postulet propositę rei necessitas, prava libidine velut appendices addere. Sunt & ministri scelerū tam præpostere fidi, vt potius quā omittant quidpiam malorum omnīū, quæ habent in mādatiis: aliquid addant potius atq; admetiātur de suo. Vtrosq; pariter tacite tangit Christus..

Si me inquit, quæritis, finite hos abire.

Sed quod Pontifices, Scribæ, Pharisæi, Senioresque populi tam aude stiunt exhaustire, meus sanguis est: ecce quæreribus me vobis occurri, nesciētibus prodidi, prostratis adsteti, surgentibus sifto capiendum, deniq; (quod nō potuit proditor) in manus memet trado, ne aut illi necesse putet aut vos (quasi in mea nece parū sceleris sit) horū etiam sanguinē superaddere. Quamobrē, Si me quæratis, finite hos abire. Iuslī sinere, sed sinere cōnēgit inuitos & conantes cōprehendere, seruatis omnibus fuga, frustratus est. Cuius euentus indicium esse prænunciam hanc vocem voluit. Sinite hos abire, vt impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquā. Verbū Christi de quo loquitur hoc loco Euāgelista, illud verbū est, quod eadē nocte super

Joan. 17.

cœnā Patri loquutus est Christus: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Et post: Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis perire, nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. Ecce Christus hic vaticinans de seruandis in sua captione discipulis, semet pronunciata eorum esse custodem. Ideoq; redigit illud Euāgelista legentibus in memoriam: vt intelligerent, quanquam Christus hic dicat turbæ: Sinite hos abire, seipsum tamen occulta potentia viam patefecisse, qua fugerent.

Locus ille scripture, qui periturū Judā prædictit, est apud Psalmista, qui Psalmo 108. pre-

candi modo prophetat. Fiant dies eius pauci, & episcopatū eius accipiat alter. Hæc verba *A&t. 1.* quā de Iuda traditore tā longo ante tempore sint prædicta: tamen de illo prædicta, quoad Christus docuit, & res ipsa collata cum verbis ostēdit, preter eū qui cecinit, nescio an quisquā ante alias intellexerit. Neq; enim q̄cūd vñus propheta præuidit, protinus viderūt oēs. *Ephe. 4.* Datur enim prophetis spiritus ad mensurā. Quin mihi certe videtur, nemini tā apertam esse vñdiq; sacre scripture sententiā, vt nō multa lateat illuc nondū intellecta mysteria, quæ vel ad Antichristi tēpora pertineat, vel suprēmū Christi iudiciū, quæ tātisper ignorata rediens tandem *1. Cor. 2.* Helias explicabit. Itaq; quod Apostol. de Dei sapientia prædicauit: id mihi de scriptura sacra (in quam sapientiae sue perquā immensos cumulos abdidit & abstrusit Dei) merito videor exclamare posse: O altitudo diuinarū sapientie & scientie Dei: quā incōprehensibilia sunt iudicia Dei, et inuestigabiles viæ eius! Et tamē hinc inde nūc exoriuntur indies velut vesparū aut crabronū examina, quise gloriantur (vt D. ait Hieron.) ἀντοσιδέρας, & sine veterū doctorū cōmentarijs omnia sese pervia, aperita, facilia reperiſſe: quæ Patres omnes antiqui, homines nec ingenio minori, nec inferiore doctrina, studio infatigabili, spiritu vero (de quo tā multum isti loquuntur, quām parū habēt) interhallo nō minore præcellentes, quam viæ sanctitate superabant, fatebantur difficilima. At iij nūc homines noui, subito de terra progerminati theologi, qui om̄ia scire videri volunt, quum in scripture sensu cōtra cōstellis viæ viros illos vniuersos sentiant, inter se p̄ttere de magnis fidei Christianæ dogmatibus non consentiunt, sed quilibet vērum se videre cōtendens & cæteros vincit, & a cæteris vincitur: catholicam vero fidem pariter oppugnant omnes, & pariter vniuersi vineuntur. Quorum conatus impios & inanes, qui habitat in cœlis irridet, quem supplex p̄cor, ne sic irrideat, vt in eorum aeterno rideat interitu, sed p̄sonendi salubrē insipiat gratiam, qua filii prodigi, & heu nimium diu profugi, in Ecclesiæ matris, vnde discesserunt, gremium revertantur: vt pariter in vera Christi fide concordes, & mutua charitate connexi, vera Christi membra, capitib⁹ consequamur gloriam *Ephe. 5* quam extra corpus & absque vera fide quisquis sperat aſsequi, spe semet falsa decipit.

Sed iam (quod cōp̄ dicere) prophetiam prædictam esse de Iuda Christus instituavit, *Act. 1.* Iudas se occidendo docuit, Petrus post exposuit, Apostoli omnes executi sunt, quum in locū eius sorte subrogato Matthiā, episcopatū eius acceptit alter. Et quo res esset illustrior (quāq; in apostolorū locū perpetuo succedunt episcopi) in numerū tamē illū duodenarium post suffictū Iude Matthiā nullus vñquā postea subrogatus est, sed cōmunicato pāulatim pluribus apostolatu, finē suū, in p̄fleta p̄phetia

E X P O S I T I O

numerus ille sacer accepit Christus ergo quū dixit: Sinite hos abire, non precatus est facultatem: sed occulte denunciat abeundi dare semet discipulis potestatem, vt verbum illud impleret, quo dixerat: Pater quos dedisti mihi ego custodiui: & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis. Operæ mihi pretiū videtur, paullisper hoc loco perpendere: quā efficaciter istis verbis Christus disparē prædixit cæterorum prospērū, & perditū proditoris exitū. Etenim tam firmū vtrinque futurum cōfirmat euētū: vt non tanquā futurū, sed iam plane factū denūciet: Quos dedisti (ait) mihi, ego custodiui. Non suis viribus defensi sunt, nō Iudeorū clemētia seruati sunt, nō cohortis incuria delapsi sunt: sed ego custodiui & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis. Nam & is ex eis erat, quos tu pater dedisti mihi. Et ego, quum me (electus à me) reciperet, potestatem ei dede-ram: vt cum reliquis, qui nre receperunt, filius Dei fieret. Verum vbi per avaritiam demens descivit ad Satanam, & me relinquens prodensque perfidē seruari noluit: dum me stude- det perdere, filius perditionis effectus miserè miser perijt. Christus de traditoris eventu certus infallibiliter: tam certō peritum significat, vt iam périssē pronunciet. Et tamē in-felix proditor, dum Christus comprehendendit, vt dux & signifer stat ferox cum cipientibus, exultans opinor & gesti consdiscipulo-rum suorum magistriqué periculo: quos omnes (vt ego certe puto) pariter sperabat opta- bique comprehendendos ad mortem. Ingra- titudinis siquidem habet hoc, furore demēs & absurdā natura. vt quos iniquē lāsit, pariter perire cupiat. Ita multum quoq; velut expro- brantem reformidat vicerosa scelere consci- entia. Gaudebat ergo proditor quum capi- simul omnes speraret stolidē securus de se, neq; quicquam minus cogitans, quam capitalē Dei de se sententiam terribili laqueo in collū eius iamiam casuram desuper impendere.

Hoc loco mihi deplorare subit miserē mor- talitatis caliginem, quā secū sēpe tumultuatur ac trepidat, quā interīm nefacia, satis versatur in tuto: sēpe vero viciūm secura gestit, quā inscio capiti lætifer ēnsis imminet. Apostoli ceteri cū Christo sēmet rapi metuebāt ad mor- tē: & tamē erant omnes euasuri. Iudas extra metū ipse, & ex illorū metu capiēs voluptatē, paucas post horas perijt. Crudelis est illa libido, quā suū pascit animū ex aliena miseria. Nec est cur quisquam gaudeat ac suā felicitati grātuletur, si quā in alterius mortē habeat po- testatē: quā proditor accepta cohorte con- secutus sibi videbatur, certus est enim quisque morte, quē pēmittit, sequi. Quin, vt est hora mortis incerta, quē morte se p̄missū glo- riatur, ipsius fortassis p̄cedet. Iudas enim Christū, quē ad mortē tradidit, sua miser mor- te p̄uenit, exemplū triste & toti mundo ter- ribile, ne quis se tutū credat à vindicta: qui su-

pinus et supbus grassatur sceleris impēnitētia. Siquidē aduersus impios oīs creatura cum suo creatore conspirat. Aer gestū noxijs afflare va- poribus, vnda fluctibus inuoluerē, montes ob- ruere, valles insurgere, terra dehisce, Tartar- rus absorbere p̄cipitem, Dæmon flammari- voraginibus æternū arsuris immēgere. Solus interim seruat miserum is, quē deseruit, Deus. At si quis obstinatū sic imitetur Iudā, vt Deus tandem decernat toties oblatā & reiectā gratiā amplius nō offerre: hic, hic demū infelix, quā- tumuis sibi falsa felicitate blandiens sublimis in aere volitare videatur, in omni malorum miser volutatur baratro. Oremus ego clemē- tissimum Christum, non pro se quisq; tantum, verum etiam quisq; pro quolibet, ne pertina- cem imitemur Iudam: sed propere cōplectē- tes oblatā gratiā, per p̄enitentiā & misericor- diā rursus reparemur ad gloriam.

De amputata Malchi auricula.

Quā Apostoli prius audissent Christū ea, quē iā videbāt, p̄dicente eis: quanquā tristitia & mōrere sunt affecti, multo tamen languidius acceperunt rē, quā nūc accipiunt, vbi p̄sente vidēt oculis suis subiecti. Nā vbi cohortē totā conspiciunt adesse, eamq; se fatentem etiā Iesum Nazarenū querere, nō relinquebatur am- bigendilocus, quin eum quererent, vt cōpre- henderent. Quum ergo viderent, quod futu- rū erat: multa simul velut tumultu quodā su- bito subierūt animos, sollicitudo de Domino, quē amabant metus de sese quibus metuebāt, deniq; magnifici illius promissi verecundia, qua quisq; pollicitus est, moriturum se potius, quām à magistro deficeret. Sic eos in diuersum distrahunt, amor magistri ne fugiat, sui timor ne maneant, mortis metus vt auolent, promis- si pudor, vt restinent. Adhæc meminerant ea- dem nocte Christum dixisse vt, quā antea ve- tuisset eorum quenquam secū vel virgam fer- re, qua se defenderent, nunc, qui non haberet gladiū, etiam tunicam venderet, qua gladium emeret. Et quanquā cohortē Romanā cerne- rent p̄tēter Iudeorū globū cōtra se stare cō- fertos oēs instructos armis, vnde magnus inge- rebatur met', se vero dūtaxat vnde cōsiderētā inermes, vt p̄tēter duos nullus haberet gla- diū, nisi fortassis escariū, memores tamen quā dixissent Christo: Ecce duo gladij hic Christū respōdit: Sufficit, nō intellecto tantē rei my- sterio, subito quodā impetu Christum rogāt, vellētne ab illis defendi gladio dicentes: Do- mine, si percutimus gladio? Cæterū Petrus af- fectu p̄feruidus nō expectato respōso educit Matt. 27. gladiū & in seruū P̄tificis vibrans idū dextrā abscondit auriculam, siue quod is ei forte stetit proximus, siue quod inter cæteros ferocius ef- ferebat se. Et omnino videtur fuisse quispiam improbitatē notabilis: nam Euangelistæ com- memorant seruum eum fuisse Pontificis sum- mi sacerdotis & sacerdotū principis, Maxima- quæque

quæque domus seruis est plena superbis, vt ait Satyricus, & rerū vſu discunt homines, vbiq; gentium Satraparum seruos Dominis etiam suis superbius ferocire. Istum autem vt sciremus in aliquo esse loco apud Pontificem tantο videlicet insigniore superbia, protinus adiungit Ioannes & nomen. Erat (inquit) nomen seruo Malchus, quam rem non passim & temere solet Euangelista facere. Hunc ergo ego nebulonem puto ferociteringerentem se Petro mouisse stomachum, vt ab illo potissimum auspicaretur processurus strenue: si non gliscerentem eius impetu Christus cohibusset. Nam ille protinus & prohibuit ceteros, & Petri zelum arguit impotentem, & abscessam homuncionis auriculam restituit: vt qui non fugere mortem venerat, sed subire, nec si alio esset animo talibus egeret auxilijs. Quod quo testatus redderet, primum ceteris ad rogata respondet. Sinite vsque huc, Adhuc paulisper finite. Nam & ego qui simul omnes uno verbo prostrauit, tanq; vt videtis, omnes permisi surgere, vt peragant in presenti quod volunt. Adhuc igitur quos ego fino, & vos finite. Futurum est autē breui, vt eos in me quicquam posse ipse nō sinam amplius, ne nunc quidem interim veltris auxilijs egens. Ceteris ergo solū illud respondit: Sinite vsque huc. In Petru verò seorsum versus. Mitte (inquit) gladiū in locū suum, perinde ac si diceret: Neq; gladijs ego defendi volo, & te in cā delegi sortē, vt nō tali gladio te pugnare velim, sed gladio verbi Dei. Gladius ergo ferreus, in locū suum velut in vaginam, cōtra maleficos reponatur in manus mundanorum Principum. Vos qui mei gregis estis Apostoli, alium habetis præterea ferreo quoquis gladio longe plus formidabilem, vt per quē electus ex Ecclesia, hoc est, ex meo corpore mystico putre membrum præcīsus impius interdum Satanæ traditur in interitum carnis, vt spiritus fiat saluus, animo scilicet si sit sanabili, vt in meū corpus denuo inseripso sit & coalescere: nonnunquam verò laborans morbo desperato (ne satios ledat contagio) in anima quoq; morte inuisibilēmittitur. Sed tantum abest, vt ferreo isto gladio vos grāssari velim (cui vaginam cognoscite prophānos magistratus idoneam) vt ne spiritalem quidem gladium hūc, cuius ad vos vīsus pertinet, frequentius exerendū censeam: sed verbi gladio rem gerentes strenue (cuius iētus in scālpelli morē pus educat vulnērē, salubriter) alterum illum grauem & periculōsum excommunicandi gladium, nisi quā eximi postulat vrgens & horrenda necessitas asservare volo in clementia vagina reconditū. Ad reliquos igitur Apostolos verbis contētus tribus, quippe vel temperationes Petro, vel tepidiores: illius effervescentes & effrenes impetus temperat & compescit pluribus. Nam non solum iussit gladium reponere, sed etiam causas adiunxit, cur zelum eius quanquam pium,

tamen nō approbarer. Calicem, inquit, quem dedit mihi pater, non vis vt bibā illum? Christus olim prædictus Apostolis, quia oporteret eum ire Hierosolymam & multa pati à Senoribus & Scribis & Principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Et assumēs eum Petrus cœpit increpare illum dicens: Absit a te Domine, non erit tibi. Qui coherens dixit Petro, Vade post me Satana, quia non sapis ea quae sunt Dei. Ecce, quām seuerē Christus hic redarguit Petru. Cui paulo ante confitenti eū esse filium Dei dixerat: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus, qui in cœlis est: & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petru ædificabo Ecclesiā meā, & portæ inferi nō præualebunt aduersus eā. Et tibi dabo claves cœlorū, & quocunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, etc. hic eum repellit quodāmodo & post tergum reijcit, & scandalum esse sibi pronunciat, & appellat Satanam, & negat eum sapere, quae Dei sunt, sed quae sunt hominum. Et cur hæc omnia? nēpē quia mortem hanc ei dissuasit, quam mortem tunc ostendit oportere sequi & irrevocabiliter sua sibi voluntate decretā, atque ideo non solum nolebat eā ab ipsis interpellari: sed eos etiam volebat eadem se via sequi. Si quis, inquit, vult post me venire, abneget se metipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Nec adhuc eo contentus ultra pergit ostēdere, quod si quis, quām res posceret pér mortem se sequi, refugeret, non vitaret mortem, sed in morte multo deteriore incideret: contra vero qui vitam impenderet, vitam non perderet, sed pro vita longe vitaliore mutaret. Qui enim inquit, voluerit animam suā saluā facere, perdet eam: qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eā. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucreretur, anima verò suæ detrimentū patiatur? Aut quām dabit homo cōmutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vniuersum secundum opera eius.

Mat. 16.

Sum fortassis hoc loco longior, quām sit necesse. Sed quē queso, nō ultra causam (quod aiunt) verba ista Christi tam seuerā, tam minaciac, rursusq; in aeternā vitā spem tam efficiaciam producerent? Ceterum (quod ad presentem locū pertinet) ex his verbis videmus graviter hic admonitum Petrum, ne zelo suo ad impedientā Christi morte amplius abutetur. Attamē ecce de integro, quam tunc tantum verbo vīsus est dissuadere, nūc aggreditur eodem zelo feroci pugna depellere. Sed Christus tamē quia malum quod fecit Petrus, fecit affectū bono, simul quia tendens ad passionem vndiq; se gesit humiliter, arguere nobebat acriter: sed primum ratione corripuit, dein denunciatione peccati, postremo verò declarauit etiam, quām non egebat aut ab illo

E X P O S I T I O

defendi (si mori noller) aut villo mortali præficio, neque enim defutrum Patrem, si vellet, hoc ipse petere, qui aduersus homunciones istos, qui eum capturi venerant, periclitanti sibi validam & inuitatam aciem Angelos è cælo mitteret. Primum igitur (vt dixit) feriendi zelum obiecta ratione reuerberat. Calice, inquit quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? Tota vita mea fui haec tenus obedientia forma & exemplar humilitatis. Quid frequenter docui, quid efficacius: quam parentum magistribus, honorem deferendum parentibus, reddeda Cæsari, quæ sua sunt, & quæ sunt sua Deo: & nunc quum absoluendum est opus meum, & summa tandem manus admouenda: telam illam pulcherrimam, quam tam diu texui, tu me vis scilicet reiecto calice, quæ pater porrigit, illicet totam retexere & filium hominis, Patri non obedire Deo? Deinde Petrum docet peccatum esse percutere gladio, atque id exemplo docet legum etiam secularium. Omnes enim (inquit) qui acceperint gladium, gladio peribunt. Si quis enim absque legitima potestate vel gestare gladium deprehenderetur occidendi hominis causa: Romanis legibus, quibus iam & Iudei suberat, eo fere loco habebatur, quo is qui occidisset. Quanto igitur ad id accedit propius, qui & educit & percutit? Neq; enim tum Petru putauerim in trepidilla conliteratione tam circumspectum: vt de industria vitato Malchi capite ipsam tangam collimarit auriculam, vt non occideret scilicet, sed perterrefaceret. Quod si quis forte contendat, cuius esse licitum adhibita etiam vi, grassatores noscios ab innocentibus depellere: longiorem carceris disquisitionem postulat, quam hic locus commodè possit ferre. Certè quāquam affectus in Christum pius fecit, vt Petrus percuferit executus: legitimā tamen ei defuisse pugnandi potestatem, abunde declarat illud, quod olim Christus eū tam severè monuerat: ne passionem eius & mortem non solū nulla vi, sed ne verbo quidem niteretur impedire.

Post hæc ex eo quoque Petri retundit impetum, quod eius defensionem docet rem esse superuacanam,

An putas (inquit) quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?

De sua potestate subicit, de Patris in se favore gloriat. Siquidem dum ad mortem teneret, noluit de semet loqui sublimia, neq; tū prædicare cum Patre sibi potestatem parē, sed vt declararet neque Petri se neq; mortalis cuiusquam auxilijs indigere, auxilium coelitum indicat (si vellet poscere) præsto futuru protinus ab omnipotente Patre. An putas (inquit) quia non possum rogare Patrem meū, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? Perinde ac si diceret: Si id de te docere nō potest auxilio tuo nō egere me, quod

totam turbam hanc (aduersus quam si me spares tuis de viribus posse defendere, miserabiliter insanies) oculis me vidisti tuis, absque tactu, sola voce prosternere: at recognita saltē tecū, cuius meū filiū esse cōfessus es, quā querenti mihi: Vesquem me esse dicitis, è cælo doctus illico respondisti: Tu es Christus filius Mat. 16. Dei viui. Ergo quum Dei me filiū esse, ipsius reuelatione cognoscis, quumque nescire non possis, mortales parentes filij suis non deesse: putas quod si mori mea sponte non velle, cælestis Pater meus vellet deesse mihi? Putas quod si id vellem rogare, non esset exhibitus mihi plusquam duodecim legiones Angelorum: nec id procrastinaturus, sed reprefentaturus modo? Aduersus quot legiones Angelorum quo modo posset consistere misera ista cohors homuncionum? qualium legiones decies duodecim nō auderent in unius Angeli vultu iratum respicere. Post hæc rursus Christus ad primum reuertitur, vt in quo præcipua via negotijs verteretur.

Quo modo ergo (inquit) implebuntur scripturae, quia sic oportet fieri?

Plenæ sunt scripturæ varijs de Christi morte, plenæ passionis eius & redēptionis humanae mysterijs, quæ non nisi Christi passione futura fuit. Ne Petrus ergo aut alius unquam quisquam tacite sic mustaret secum: Si potes Christi tot a Patre legiones impetrare, quare non petis? ait: Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? Quum ex scripturis intelligas unam hanc esse viam iustissima Dei sapientia decretam, qua genus humanum perditam instauretur ad gloriam: si ego nunc rogare efficaciter, vt morti me Pater eriperet, quid aliud facerem, quam id ne fieret, niterer, quod facturus veneram. Nam Angelos propugnatores è cælo deuocare mihi, quid aliud fuerit: quam totum genus humanum (quod venio redempturus in cœlestem gloriam) è cælo prorsus excludere? Non ergo nunc aduersus Iudeos impios gladius depugnat tuus, sed impugnat potius uniuersum genus humanum: quando scripturas impleri vetas, & calicem, quem dedit mihi pater (quo naturæ labem ipse labis expers & immunis expurgem) non vis vt bibam illum. Sed nunc vide mitissimum Christi pectus, qui non satis habuit percutientem compescere: sed vt nobis daret exemplum reddendi pro malo boni, decussam persecutoris auriculam tetigit ac restituit sanam. Nullum, opinor, corpus tam plenum est anima sua, quam sacræ scripturæ literæ spiritualibus plena mysterijs. Siquidem vt nullam in corpore partem datur tangere, cui non inest anima, quæ vitam sensumq; præbet particulæ: sic nulla est in scriptura tota tam crassa & corporea (vt ita loquar) historia, qui spirituali viuat animata mysterio. Nō est ergo quod in aure Malchi præcisa Petri gladio, rursusq;

rursumq; Christi manu restituta solā spe & temus historiam (ex qua tamē ipsa possimus salutaria documenta discere) sed & inspiciamus præterea velatum sub historię litera salutare sacramentum spiritus. Malchus igitur quum in Hebreā lingua significet, quod in Latina Rex: rationē nobis non absurdè figurat. Ratio enim tanq; Rex regnare debet in homine, regnatq; vere, quum in obsequium fidei se captiuās Deo seruit, cui seruire, regnare est. Pontifex vero qui cum sacerdotibus suis, cum Pharisæis & Scribis & Senioribus populi deditus erat superstitionibus prauis, quas cum lege Dei miscuerat, & prætextu pietatis oppugnabat pietatem, & veræ religionis autorem studebat amoliri: recte nobis representant cum suis sequacibus, impios hæresiarchas pestiferæ superstitionis antistites. Rationalis igitur animus quoties aduersus veram Christi fidem insurgēs semet addicit hæresibus: fugitiuus Christi, hæresiarchæ seruus efficitur, cuius errores deuios à demone seductus insequitur. Is ergo sinistrā seruans qua sinistras auscultat hærefes, qua fidem audire veram deber, dextrā perdit auriculam: sed non eodem affectu semper, nec semper effectu pari. Interdum enim animi destinata malicia quidem se vertunt ad hærefes. His auricula non impetu præscinditur, sed mora sensimq; diabolo suum virus inspirante putrescit, & concretis purulētis partibus (ne quid intus penetrare pos sit boni) ḥp̄p̄. & meatus obturat. Tales, heu miseris, vix vñquam redduntur integri. Partes enim quas cancer depascēs excedit: funditus interierunt, nec restat, quod reponatur quidquam. Auricula vero subito præcisa impetu, quæ non satis circumspecto zelo tota rotatur in terram, designat eos, qui quodam affectu repentina vieti falsa veri specie auertuntur à vero, quidam etiani decepti bono zelo, qua de re loquitur Christus: Erit tempus, quum omnis qui vos perseguitur, arbitretur obsequium se præstare Deo.

Taliū typum Paulus referebat Apostolus. Quidam vero terrenis affectibus interturbata mēte aurem à cœlesti doctrina præcisam iacere patiuntur in terra. Sed talium miseriam sēpe miseratur Christus, aurēq; subito impetu aut inexpēso zelo decollam sua manu tollit de terra, capitique suo tactu reglutinat & auscultandæ doctrinæ veræ rursus reddit idoneam. Scio ex hoc vno loco per antiquos Patres, dū aliud aliud reperit, sancti Spiritus adiuuante gratia eruta diuersa mysteria: sed mihi propositum non est omnia recensere, quæ res historiæ seriem hiatu nimio diduceret.

Dixit autem Iesus ad eos qui venerant Principes sacerdotum & magistratus templi & Seniores: Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me: quum quotidie fuerim vobisq; in teplo, & sedebā docēs, et nō me tenuis. Sed bac est hora vestra & potestis tenebrarum.

Dixit ista Christus ad eos, qui venerat principes sacerdotū & magistratus templi & Seniores. Sed hic nonnullis injicit scrupulum, quod Lucas Euāgelista commemorat Iesum hæc ad principis sacerdotum & magistratus templi & Seniores populi dixisse: quū reliqui Euāgelista sic rem recenseant, vt non ipsos quidem venisse, sed cohortem scribant & ministros misisse.

Hunc nodū ita soluunt aliqui, quod Iesus illis quidē dixit, quum eis diceret, quos illi miserant, sic enim solent & Principes inter se per Legatos loqui, & priuati paſſim per interūcios. Ita domino dicimus, quicquid eius ad nos ministro missō narramus, quod illi narratum sibi, viciſſim renūciant hero. Ego certe (quanquam hoc responsum non improbo) libentius tamen illorum accedo sententiæ, qui sentiunt Christum ista cominus principibus sacerdotum, magistratibus templi & senioribus populi ore ad os locutū. Lucas enim non ait Christum hæc ad omnes sacerdotum principes neque ad omnes templi magistratus, nec ad omnes populi seniores hæc dixisse: sed ad eos tantum, qui venerat. Quibus verbis apertere satis videtur indicare, quod quanquam ab vniuersis pariter collectis in concilio cohors & ministri ad comprehendendum Christum, communī nomine destinati sunt: ex omni tamen ordine tam Seniorum, Pharisæorū, quam Principum aliqui venerunt simul, quæ sententia cum Luca verbis adamissim congruit, & ex Euāgelistis reliquis, nullius narrationi repugnat. Principes ergo Sacerdotū, Pharisæos & Seniores populi compellans Christus, tacite commonet eos, ne suis ipsorum viribus aut solertia deputarent, quod eum tum comprehendenter: nîve tāquam re callidē & versutē gesta (quod infelicitē fœlices in malo solent) stolidē gloriarentur. Non enim ipsorum stulte commentas machinas (quibus veritatem laborabant opprimere) contra ipsum potuisse quidquam promouere: sed profunda Dei sapientia prouisum & statutum tēpus, in quo princeps huius mundi, generis humani male partam prædam, dum per nefas retinere studet, falsus, per fas amitteret. Nam alioqui docet Christus, quam nihil illis opus fuerat proditoris operā emere, noctu venire cum lanternis & facib; cū cohorte globatos aggredi, gladijs armatos & fustibus, quæ toties poterat absq; sumptu, sine labore, nulla noctis vigilia, nullo armorū strepitu, sedentē & docētem in templo comprehendere. Quod si gloriarentur secum velut prouidenter ab ipsis re disposita, dicantque (quod Christus ostendit fuisse facile) valde fuisse difficile, nec potuisse confici, nisi magno cum periculo propter tumultum populi bona pars eius discriminis nuper Ioan. ii. emergerat resuscitato Lazaro. Nā prius haud semel vnu venerat, vt quanquam propter virtutes amaretur admodum & valde suspicere tur.

E X P O S I T I O

tur à populo : tamē qui capere eum conabantur & occidere, adeo non fuerint à turbis in periculo: vt nisi ipse sua potestate per mediū illorum pertransisset, turbam viderentur socios habituri facinoirs, tam incertum est semper & in deterius illico prouī vulgus . Deniq; quām facilē cōtēni possit populi in quenq; fauor, & inde cōfurgēs metus, paulò post euētus docuit: quū simul atq; captus est, populus nō ante clamauit alacrius : Benedictus qui venit in nomine domini, et: Osanna in excelsis, q; tū furiatis exclamauit cōtra: Tolle, tolle: crucifige eū. Igitur ad id vslq; tēpus fecerat Deus, vt qui eū capere cupiebat, vanos sibi metus singe rēt, & ibi trepidarēt timore, vbi nō erat timor: nūc verō, quū venisset tēpus idoneū, quo mortales vniuersi per vnius acerbā mortē redimērētur (quotquot id verē vellēt) ad æternā vitā dulcedinē, stolidi sibi videbātur homūculi callido id curasse consilio, quod omnipotētis Dei prouidentia (sine qua nec passer cadit super terrā) misericors ab æterno præscriperat. Quod vt ostēderet eos stulte facere, scirentq; aduersus eū nec proditoris fraudē, nec ipsorum callidē strūctas insidias, nec Romanorū robur nisi se permittente quidq; potuisse proficere, inquit. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Quę Christi verba ratione valida, Matthēus Euāgelista cōfirmās. Hoc autē totū (inquit) factū est, vt adimplerentur scripturæ Prophetarū. Vbiq; scatēt apud Prophetas vaticinia de morte Christi: Tanq; agnus ad occisionē ductus est, & nō est audit' in plateis clamor eius. Foderūt man' meas & pedes meos. His plagiatus sum in domo eorū, qui me dilige bāt. Et cū iniquis deputatus est. Vere lāguores nostros ipse portauit. Liuore ei' sanati lumen. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortē. Pleni sunt prophetæ de Christi morte prædictionibus apertissimis, que quū frustrādē nō essent: cōsequēs erat, nō tā ab humano ré pendere cōsilio, q; ab ipso, qui istud ab æterno prævidēt, præordinatq; futurū (à patre videlicet Christi pariterq; ab ipso Christo & sancto vtriuſq; spiritu, quorū triū opera sempiterna cōspirat in vnu: vt nul' sit extrinsecus vnius opus ex illis, quod nō ex aequo sit omniū triū) prouisa & præscripta maximē congrua perimplēti tempora. Pōtifices ergo & sacerdotum Principes, Scribæ, Pharisæi & Seniores populi, deniq; magistratus oēs execrables & prophanii, quū se regnare gloriabātur in consiliis suis, quod tam callidē Christum caperēt: nihil fecerunt aliud quām amentes & cæci malicia magno cum malo suo, magno cum aliorū bono in Christi mortē momentaneā, in generis humani vitā felicissimā, in Christi semper duraturam gloriam optimā & indeclinabili omnipotentis Dei voluntati, nō Patris modo & sancti Spiritus, sed pariter etiam Christi nesciētes & ignari sedulo subseruerunt. Ait igitur illis Christus, Sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarū. Antehac quum me valde odif-
 fetis, quū perdere valde vellestis, quū (nisi vctuisset potestas, que de cœlo est) minore negocio potuissetis: tamē adeo me non tenuistis in téplō, vt ne manum quidē in me extenderitis. Quid ita? nimurum quia nondum tēpus & hora venerat, nō quā cœlestia sydera, non quā vestra solertia, sed quam Pater meus inscrutabilē cōsilio, nō absq; mea ipsius voluntate præscriperat. Quæratis quando? Non ab Abrahæ tēporibus, sed ab æterno. Nam ab æterno apud Patrē, anteq; Abraham fieret, ego sum. Hæc est igitur hora vestra & potestas tenebrarū. Hæc est breuis hora permitta vobis, & potestas indulta tenebris, vt quod hactenus facere permitti non estis in luce, nunc harpyæ, bubones striges, vespertiliones, nyctcoraces & noctuæ stygiæ paludis auiculæ, rostris vnguibus, dentibus & clamore stridulo tumultuantes incassum me inuoleatis in tenebris. In tenebris estis, quum mortem meam viribus vestris ascribitis. In tenebris erit & præses ipse Pilatus, quum se gloriabitur habere potestatem vel dimittendi vel crucifigendi me. Etenim quanq; gens mea & Pontifices mei me tradituri sunt Ioan. 19.
 ei: non haberet tamen potestatē aduersus me, vllā, nisi datū ei fuerit desuper. Atq; ideo qui me trident illi, maius peccatum habent. Sed hæc est hora & potestas breuis tenebrarum. Et qui vadit in tenebris, nescit quo vadit, neq; vos videntis, neque scitis quid facitis, eoq; precabor & ipse, vt quod in me designatis, ignoscetur vobis. At nō ignoscetur omnibus, nec omnes excusabit cœcitas. Nā ipsi vobis tenebras facitis, ipsi lumen extinguitis, ipsi primum vobis, post & alijs oculos ambos effuditis, vt cæcos cœci ducatis, donec ambo cadaui in foueam. Hæc est breuis hora vestra, hæc est amens & impotens potestas tenebrarum, quā nunc armati comprehendetis inermem, truculentī mitē, nocētes innocuum, proditor dominum, homunciones Deum. At nō in me duntaxat vobis nūc, sed & in discipulos meos alijs aduersus alios præsidibus dabitur & Cæsaribus hora similis & potestas tenebrarū breuis, potestas verē tenebrarū inquā. Nā vt mei quę perforēt, aut quę loquētur, nec suis perforēt viribus, nec loquētur ex se, sed viribus vincentes meis in patientia sua posidebunt animas suas, & spiritus erit patris mei, qui loquētur in illis: ita qui tribulabunt & occidēt eos, nec facient quidq; nec loquentur ex se: sed princeps tenebrarum qui iam venit, & in me non habet quidquā, in illorum tyrānorū & tortorum pectora, suū virus inspirās suas vires ad breue permittum tēpus exeret, exercebitq; per illos. Atq; ideo cōmilitonibus meis nō erit colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, aduersus mudi rectores tenebrarū harū, cōtra spiritualia nequicię in cœlestibus. Sic Nero nascetur, in quo tenebrarum princeps occidet Petrum, illique adiunget

Matt. 21.
Matt. 22.

Isaiæ 53.

Aet. 1.

Matt. 10.

adiunget (qui adhuc contra me spirat) nondum Paulum. Sic alij Cæsares & eorum præfides aduersus alios ex meo grege discipulos per tenebrarum principē. Sed quum fremuerint gentes, & populi meditati sint inania, quā astiterint reges terræ & principes in vñū conuenerint aduersus Dominū & aduersus Christum eius, vincula conantes dirumpere, & à se iugum perquam suave projicere, quod in eorum ceruicosa colla per pastores suos prius imponet Deus: qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominus subsannabit eos. Qui sedet nō (vt terreni principes) in curruli sella pedes paucos eleuatus à terra: sed qui ascendit super occasum, qui sedet super Cherubin, cui sedes celum est, cui terra scabellum pedum eius est, do minus nomen illi. Ille Rex regum est, & Dominus dominantium, Rex terribilis, qui auferit spiritum principum. Hic loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos. Constituet Christum filium suum, quem hodie genuit, Regem super Sion montem sanctum suum, montem qui non commouebitur. Pedibus eius tāquam scabellum subiicit omnes inimicos eius. Qui conabantur eius vincula rumpere & iugum à se projicere, inuitos reget eos in virga ferrea & tanquam vas figuli confringet eos. Aduersus eos, & eorum instigatorēt tenebrarum principem, discipuli mei confabuntur in domino, & induiti armaturam Dei, succincti lumbos suos in veritate, induiti loricas iustitiae, calceati pedes in præparatiōnem Euangeli pacis, fumentes in omnibus scutum fidei & assumentes galeam salutis & gladium spiritus, quod est verbum Dei, virtute induentur ex alto, stabuntq; aduersus insidias Diaboli, sermones videlicet mollitos, quos per ora persecutorum proferet, vt eos per blandicias à via veritatis auertat, aduersus apertos insultus Satanæ in die malo resistent, ignea omnia nequissimi Satanæ tela per satellites eius immissa fidei scuto circundati, effusis in oratione lachrymis & exundante sanguine in agone passionis extinguēt: eoq; modo cum cruce sua secuti deuicto tenebrarum principe Diabolo, suppeditatis Satanæ terraceis satellitibus, triumphali curru sublimes, pōpa miribili martyres intrabunt cœlum. At vos, qui maliciam nunc exercetis in me & vestram imitatura maliciam pestilens posthac progenies & viperarum genimina (qui simili malicia sine pœnitentia grassabuntur in meos) æterna cum infamia detrudemini in ardore tenebrosos tartari. Sed interim vobis permisum est vestram exerere & exercere potentiam: qua ne nimium tamen gloriemini, memineritis eam breuiter finiendam esse: nō enim semipaternum seculū est, quod vestra libidini permittitur: sed instar horæ breuis propter electos tempus abbreviatum, ne ultra tentarentur, quā possent ferre. Igitur nō diu futura, non diu duratura est hora hæc vestra & po-

testas tenebrarum, vt quæ tantum præsentis locū obtinet quod semper est instantaneum: quippe quod & præteritum perdidit & futurum non attigit. Hac igitur hora vestra quæ tam breuis est, ne quid inde vobis pereat, protinus abuti pergit: & quia me ad perdēdum queritis, quod facitis cito facite, me statim cōprehēdite: sed finite hos abierte.

Tunc discipuli relicto eo omnes fugerunt.

Vel ex hoc loco facile possis perspicere, quā acclivis & ardua virtus patientia est. Multi si quidem animos inducunt suos, vt morte fortiter indubitatam maneant, modo ferientes licet referire & illatis vicissim vulneribus animo morem gerere: cæterum adempto prorsus vlciscendi solatio mortem tam patienter ferre, vt non modo non referias, sed ne pro verbere quidē verbum iratum referas: id demum certe virtutis excelsæ tam sublime fastigium est, vt nec Apostoli adhuc tam firmi fuerint, vt eo susfecerint ascendere. Nā & hic (memores nimirum magnificè se pollicitos mortueros potius cum illo, quā defecturos) eosq; faltem perdurarunt, vt si daretur dimicando cadere, mori se paratos omnes profiterentur, Petrus verò ipsa etiam re (edito in Malchum specimine) declararit. At posteaquam Seruator nec pugnandi licentiam, nec repugnandi potestatem dedit, relicto eo omnes fugerunt.

Mihi quidem aliquando dubitare subiit, quum Christus ab oratione diuertens Apostolos inuiseret, inueniretq; dormientes, vtrum ad vtramque classem se contulerit: an ad eos duntaxat, quos longius prouexerat, ac sibi locarat proximos. Verum nunc nihil prorsus dubito, quin omnes fugerint qui dormierunt, quum hæc Euangelistæ verba cōsidero, quod eo relicto omnes fugerunt. Quum enim vigilare debebant & orare (quod toties eos monuit Christus) ne intraret in temptationē: dormiendo dederunt tentatori locum, vt nutantes & incogitantes eorum voluntates vel ad pugnandum vel fugiendum, quā ad patendum paratores faceret: atq; ideo relinquentes eum omnes fugerunt, impletumque est illud Christi verbum: Omnes vos hac nocte scadulum in me patiemini. Et simul illud Prophetæ vaticinium: Percutiam pastore, & dispergentur oves gregis.

Adulescens autem quidam sequebatur eum amictus syndone super nudo, & ille reiecta syndone nudus profugit ab eis.

Adulescens iste qui fuerit, pro certo nō est compertum. Sunt qui putent Iacobum fuisse illum, qui vocabatur frater domini, quiq; iusti cognomine insignitus est. Alij Ioannē autem Euagelistam, qui Domino semper amore quodam præcipuo dilectus est, & quem adhuc adolescentiam non excessisse, vita eius argumentum facit tā multis annos post Christi mortem

Psal. 2. Psal. 103. Isa. 66. Apoc. 20. Psal. 2. Psal. 109. 2. Cor. 15. Psal. 2. Ephes. 6. Ephes. 6. Luc. 22.

Zacha. 13.

E X P O S I T I O

mortem superstitis. Defunctus est enim (Hieronymo teste) anno post passionem domini octauo supra sexagesimum. Non defunt tamen ex antiquis scriptoribus, qui adulescentē hunc fuisse scribant nullum ex Apostolis, sed quendam ē ministris illius familie in qua Christus ea nocte celebrarat Pascha. Et ego certe sic sentientibus facilius inclinor ut assentia. Nam (ut omittam quod mihi non videtur verisimile, Apostolum pro vestitu, sola vltum syn. done praeſertim sic discincta, vt subito posset abiici) mouet me in eam partem ipse contextus historie, tum verba ipsa narrantis. Siquidē ex his qui cōsentent eum fuisse aliquem ex Apostolis, praeципua pars inclinat in Ioannem. Sed id ne mihi videatur admodum probabile, eiusdē Ioannis haec verba faciunt.

Sequebatur autem Iesum Symon Petrus & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiaria, & introduxit Petrum.

Qui scribunt fuisse beatum Euangelistam, qui Christum sequens quum prehenderetur, effugit: in eo non nihil harent, quod abiecta syndone profugit nudus, quæ res pugnare videbatur cum his quæ consecuta sunt: nempe quod in atrium Pontificis introierit, quod Petrum introduxerit (nam hunc fuisse Euangelistam omnes consentiunt) ac demum secutus sit vsq; ad locum crucis, crucifixo deniq; cum Christi matre dilectissima virgo purus cū virginē purissima pariter astiterit, sibiique ab ipso commendatam accepit deinceps in suā, nec dubium quin hoc toto tempore atque his locis omnibus amictus indumento, Christi enim fuit, non Cynicæ lectæ discipulus, eōq; tæstis prudentia satis eum docuit non esse refugendum corporis nuditatem, sicuti res eam flagitet aut exigat necessitas: tamen vt gratis vltro prodiret nudus in conspectum publicum, virginēs opinor non est passus pudor. Sic igitur ex hac angustia se explicant, vt dicant eū alio diuertisse interea & se vestiūmē denuo. Quia in re non decreuicontendere, sed mihi tamen nō fit verisimile, præsertim quum hic eum vidēam perpetuo secutum cum Petro, & cum Iesu simul introiisse in domum Annæ, qui sacer erat Pontificis. Cæterum vt his accedam, qui adulescentem hunc nullum ex Apostolis esse censem, sed quendam ē ministris diuersorij, illud me valde commouet: quod Euangeliſta Marcus fuga dilapsos Apostolos & restatē tamen hunc adulescentē sic inter se connectit. Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt. Adulescens autem quidam sequebatur eum. En, Apostolos aufugisse dicit, non quosdam, sed omnes: māsiſſe vero secutumq; Christū nō ex Apostolis quenquam (quippe qui iam omnes fugerant) sed adules-

centem quēdam, hoc est (vt videtur) ignotū: cuius nomen aut ignoravit, aut comniemorare non censuit operæ premium. Hic igitur adulescens vt mihi quidem videtur & antea permotus Christi fama, & nūc dum discubenti cū discipulis inferret esculenta præsentia contéplatus, arcano tactus afflatus Spiritus imbibit charitatem, deinde studio verae pietatis illeētus exeuntem foras à cœna paulo fortasse lōgiis ab Apostolis, sed cum Apostolis tamen consecutus est, rededitq; & surrexit cum illis, denique superueniente turba simul se cum illis immiscuit. Super hæc quum illos omnes inter torpentiū manus militum suus quenquam terror abstulisset: hic adulescens eo fidentius ausus est manere, quod amorem suum meminerat, quo ferebatur in Christū nondum cuiq; cognitum. Sed quam difficile est dissimulare, quum ames? Adulescens hic quanquam iam illorum immixtus turbæ, qui Christum habebant odio: tamen ita semet passu, gestu quoq; prodidit, vt omnibus palam fecerit, Christum desertum à ceteris, non animo persequendi se, sed obsequiēdi. Quum igitur aduertissent tandem, reliquos omnes ex Christi comitatu fugisse, in vnum hunc quem restitisse vident, Christumq; adhuc ausum sequi, rapide coniungunt manus. Quæ res mihi satis manifestum facit, idē in Apostolos omnes decreuisse eos, sed attonitos amississe subito, ne frustraretur illud quod Christus præcipiendo prædixerat: Sinite hos abire. Quod verbum Christus non ad solos pertinere volebat Apostolos, quos elegerat, quanquam ad illos voluit pertinere præcipue, sed quo benignitas eius porrigeretur vberior, ad hunc adulescentem voluit id pertinere præterea, qui non accersitus in sanctum comitatum suum sua sponte subsecutus irrepferat. Atq; hoc paecto Christus & magis exerebat occultam potestatem suam, & magis prodidit imbecillitatem turbæ, quæ nō solum amisit improvidens vndecim, quos abire gravatum ferret: sed ne vnum quidem adolescentem omnes retinere poterant, cui & manus iniecerant, & quantum licet cōiectura consuequi, agmine suo vallauerant: nam & tenuerunt eum, & ille reiecta syndone nudus profugit ab eis. Neque certè quidquam dubito, quin vt Christū ea nocte subsecutus est: nec nisi post fuga digressos Apostolos vltimus auelli potuit, idque iniectis manibus & rigide facta vi: sic vbi primum aperuit se occasio, in Christi gregem redierit, modoq; cum Christo viuat in sempiterna gloria, vbi Deum precor spero que fore, vt aliquando viuamus cum illo: tum quis fuerit, ab ipso cognoscemus, multaq; eius noctis alia, que scriptis comprehensa non sunt, summa cum suavitate per nos cemus exactius. Inter ea quo tutius ac facilius illuc nobis iter fiat, haudquaquam parum proderit, si ex discipulorum fuga, priusquam prenderetur, & huius adoleſcētis effugio, postquam prehensus

prehensus est, animæ nostræ consilia salutaria decerpentes viatici vice nobiscum portemus in via. Admonent enim nos antiqui patres Ecclesiæ, ne quisquam nimium suis consilis viribus vltro semet temerè mitrat in pecandi periculum. Quod si quā fortē quispam in eum locum venerit, vbi sentit impendere discrimen ne contra Deum vi cogatur offendere: faciat, quod hic fecerunt, qui captiōnem fuga præuenenter. Nec tamen hæc eō dicta sunt, vt Apostolorum fuga laudetur, vt pote quoniam Christus etsi misericors indulserit eorum infirmitati; tā longè tamen abest, vt laudarit: vt etiam scandalum illis illam fore eadem nocte prædixerit. Verum si nos sentimus animo parum firmos, tunc haec tenus eorum illam fugam omnes imitemur: quatenus sceleris admittēdi periculum fugere sine scelere possimus. Alioqui enim, si quis tūc au fugiat, quū aut suæ salutis causa, aut suorum, quorum curā sibi cōmissam videt, Deus eum stare iubet & cōsidere: hic (nisi forte propter præsentē vitā facit, imo si propter præsentem vitam facit) facit omnino stolidē. Quid enim stolidius, quām breue tēpus & miserū æternaz felicitati præferre? At si propter futurā vitā facit, quoniam videlicet fugit, ne Deum cogatur offendere: & pessimè simul facit & stolidissimè. Est enim desertoris semper immēsum facinus, cui quū adiuncta sit desperationis immanitas, trāfugæ scelus exequat. Nā quid potest excogitari deterius, quām desperato Dei præsidio, locū in acie quē tibi tuēdū Deus tradidit, hosti fugientē prodere? Præterea quid insanius, quām ne forte peccare te contingat, si māseris: ideo certū designare flagitiū fugiendo? Cæterum quando fugere Deo nō offendit, ibi nimirū tutius est maturandę fugæ consiliū, quām cunctādō captum in horrendi criminis discrimen cadere. Facilius enim res est, & (vbi fas est) tuta tēpestiuē fugere: difficilis verò & periculosa pugnare. Verum enīmuero adolescēs iste suo nos exemplo docet, quodnam illud genus hominum sit, quod diutius possit minore cū periculo subsistere: & si cōtigerit capi, ex ipsis etiā manibus capiētiū facile possit euadere. Nā is adolescens, quāq̄ post omnes restitit, Christumq; tā diu subsecut̄ est, quoad iniectis manib⁹ tenuerūt eum: tamen quia non erat varijs indutus vestibus, sed tātum sola simplicijs syndone, nec in illā ipsam quidē vel insutus vel insibulatus, sed superiecta negligēter amictus super nudo, nimirū sic, vt facile posset excutere, subito reiecta, & in capientiū manibus illic relicta syndone nudus aufugit ab eis, & nucleū auferens reliquit pignori putamina. Quid hoc figurat nobis? quid inq̄ aliud, quā quōd nō aliter ac vētricosus quipia & obeso tardus abdomen, aut is qui densa vestiū sarcina vadit onustus, ineptus redditur ad incitatum cursum: sic ingruente tribulationis angustia vix vir ille potest inde fugere, qui multis opum sacculis, circumcinctus est. At nec is quidē celere vnquā cursum cōficiet, qui veste quātūuis tenui nodis in arctū tractis sic incingitur, vt libere spire nō possit. Facilius enim fugiet, qui magnā gestans cito potest abijcere: quā si quis admonū paruā sic alligatā habeat in cenuice, vt eam necesse sit, quo cunq; procurrat, ferre. Videre licet rarius quidē itud, quām vellē, sed (laus sit Deo) videre licet interdum homines apprime diuites, qui potius parati sint pariter vniuersa perdere: q̄ offendit Deo quicq; seruare cum scelere. Hi uestes multas habent, sed quia nō sunt incincti, quām periculū fugā suader, facilē reiecta uestibus effugiunt. Contrā verò videmus quodā & hos multos plures, q̄ velle, quibus quām tenue cōtigerit indumentum & perq; curta supellex: ita tamen ad inopes illas opes suas suos ferruminarunt affectus, vt potius q̄ se patiātur ab illis distrahi, cutē à carne facilius possis auellere. Talis fugam capescat oportet in tēpore. Nam si semel apprehēsa ueste teneatur: peribit ipse potius, q̄ relinquat syndonē. In summa docemur adolescentis huius exēplo, propter orientes tribulationes suitas, & ex improviso ingruentia pericula, ne forte res fugā postulet, semper vt paratis simus nec ita varijs uestibus onusti, nec vna quidē sic insibulati: quin, quām res vrgeat, abiecta syndone nudi possimus effugere. Quin si cui paululum proficere adhuc libet longius, videbere potest in hoc adolescentis facto cōmentatum nobis documentum adhuc multo fortius. Siquidem uestimenti vice corpus animæ Apoc. 3. est. Anima corpus induit, quām ingreditur mundum: corpus exuit, quām moriens hinc egreditur. Tum quanto corpore uestis vilior est, tanto est anima corpore preciosior: nec minus furiosē fecerit, qui animam inpendat corpori, quām si quis sic infaniat, vt corpus operet potius, quām palliū perdere. Nam de corpore quidē Christus sic: Nōne corpus est (inquit) plus quām uestimentum. Sed quanto plus animam prædicat. Quid prodest (inquit) tibi, si vniuersum mundū lucreris: animæ vero tuæ detrimētum patiaris, aut quām cōmutationē dabit homo pro anima sua? Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc nō habēt amplius quid faciant. Ostendā auçē vobis quē timeatis. Timete eum, qui postq; occiderit, habet potestatē mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Admonet ergo nos hoc adolescentis exēplum, cuiusmodi nobis debeat animæ nostræ uestimentum corpus aduersus tales necessitates esse: ne sit videlicet obesum luxu, libidine diffluēs, sed velut syndō tenuis, crasciem scilicet exhaustante ieiunio: tum cui nō ita forti constringamus affectu, quin vbi Dei causa postulet: libenter possimus abijcere. Hoc nos docet adolescens iste, qui, quām teneretur ab impijs: potius quām facere

Matth. 6.

Mat. 10.

EXPOSITIO PASSIONIS.

aut dicere quidquam cogeretur, quod honori Christi posset aduersari: relicta syndone nudus aufugit ab eis. Fecit huic adolescenti simile alius olim adolescens prior, sanctus & innocens patriarcha Ioseph, insigne documentum posteris, non secius ab incerti stupri periculo, qd ab intentata cede fugiendu. Illum enim, quod esset facie pulchra & decor' aspectu, Putipharis vxor, cuius domui seruus prefectus est, oculis in eum coiectis adamauit, eoq; furoris tandem insana libidine percita prouehitur: vt non vultu tantum verbilq; impudens vltro se iuueni offerret, abhorrentemq; illiceret, sed & detrectanti manibus iniectis, prehesa veste, viro mulier (proh pudor) inferret vim: at ille, quem mori mallet, quam nefarium scelus admittere sciretq; simul, quam periculosum sit, contra presentem veneris copiam cominus inire cōfictu, nec illa tutius quenq; posse, quam fugiendo vincere: in adulteru manu relictu pallio, celeri fuga se se proripuit foras. Ceterum nobis (quod institui dicere) non pallium, non toga, non tunica, non aliud eiusmodi vestimentum corporis: sed animo quoq; vestis corpus ipsum, potius qd flagitiu admittamus, ab ieciendum est. Nam si id studemus peccado seruare, perdimus, & animam simul amittimus: sin ob amorem Dei patienter sustinemus amittere, quemadmodu anguis pelle veterem, quem (opinor) Senecta vocant, spinis & tribulis afflicta exuit, & relinques in seibus nitidu & iuuenescens egreditur: ita nos Christi cōsilium sequentes, prudentes scilicet sicut Serpentes effecti, corpus hoc vetustu, velut anguinam senecta inter spinas tribulacionis effricatum ob amorem Dei relinquentes in terris, nitidi nimiri & iuuenes nunq; post illa sensuriseniū, propere subuehemur in cœlum.

DE CHRISTI CAPTIONE.
Tunc acceſſerunt & manus iniecerunt in Iesum.

THOMAS MORVS IN HOC OPERE ULTERIUS
PROGRESSVS NON EST, HACTENVS ENIM CVM
ESSET PERVENTVM, OMNI NEGATO SCRIBENDI
instrumento, multo arctius quam ante in carcere detentus: non ita multo post
prope turrim Londinensem loco consueto securi percussus est, secundo
Nonas Iulij, anno Domini supra millesimum quingente-
simo tricesimo quinto, Regis vero Henrici
octauo viceſimo septimo.

QVOD PRO FIDE MORS
FVGENDA NON EST, AVTHORE
THOMA MORO, DVM IN ARCE
Londinensi detineretur, Anno Domini
M. D. XXXIIII.

VITA per offensam Dei seruata, erit ei qui sic se seruauerit odibilis. Nam qui sic vitâ tuâ seruaueris, tute postridie vitam tuam odio habebis, & dolebis vehe- menter morte te non pertulisse pridie. Nam restare

tibi mortem recordaberis, quæ qualis futura sit nescis, neq; quam cito ventura. Et meritò habes metuere, ne morte sic dilatam sequatur inferoru tormenta, vbi desiderabut homines mori, & mors fugiet ab eis, quum ea mortem quâ fugisti, secura fuerint æterna cœlorum gaudia.

Cohors autem & Tribunus & ministri Iudeorum cōprehenderunt Iesum, & tenetes ligauerunt et adduxerunt eum ad Annam primam, erat enim sacer Caipha. Erat autem Caphas, qui cōsiliū dederat Iudeis, quia expedit vnū hominē mori pro populo. Et cōuenerunt in vnū oēs sacerdotes, Scribe, Pharisei & Seniores.

Quo tempore primum in Christum manus iniecta sunt, sententiæ Doctorum variant: dum ex Euangelistarū de re cōcordiū, sed in recenti modo variantiū (quippe quod unus anticipat, alius intermissum repetit) ex interpretibus nihil historiæ veritati derogantes, nihil præiudicantes inuicem alias alia cōiecturā sequitur. Matthēus siquidē ac Marcus eo rē recenti ordine ut liceat cōjicere protinus post osculum Iudei, manus iniectas in Iesum, eamq; cōiecturā quam alij Doctores Ecclesiæ non incelebres, tum vir egregius Ioannes Gerlon in eo opere, cui titulum fecit Moysē Ἰεροτελεῖος (quod opus eius dum Passionis ordinē percēso, ipse quoq; in præsenti potissimum delegi mihi) cōprobat, & historiā contexendo sequitur. Quo uno in loco tamē ipse deflectēs ab illo secessus eos sum (qui quidem & ipsi celebres Autores sunt) qui ducit ex Lucæ & Ioānis narratione cōiecturis valde similibus veri cēsent post osculo dato, regressum ad cohortem, & Iudeos Iudā, post prostratā Christi sola voce cohortem, post amputatā sanatāq; rursus serui summi sacerdotis auriculā, post cohibitos, ne pugnarent, reliquos, post increpitum, qui pugnarat Petrum, post cōpellatos iterum qui tum aderant magistratus Iudeorum denunciataq; quod ante non poterant, capiēdi tum cōcessione facultatē, post apostolos omnes elapsos fuga, post adolescentē, qui, quamq; captus, teneri tamē non potuit, alacri nuditate seruatum, tum demum primum manus iniectas in Iesum.